Interea venerunt miſſi a macedonia dicentes de infirmitate
olympiadis matris eius. Quo audito alexander triſtatus eſt
valde. Sed tamē reſcripſit epiſtolā dario imperatoꝛi cōtinentē ita.

Epiſtola alexandꝛi ad dariū.

Alexander philippi filiꝰ et olympiadis regine dario regi pſaꝝ
Scias quia plurime epiſtole aduenerūt nobis q̄ īpellūt nos
facere que dicimus Tu autē noli cogitare ꝙ pꝛo pauoꝛe atqꝫ dubi
tacione tue vane gloꝛie de iſto loco recedā. ſed vt videamꝰ matrē
noſtrā olympiadem q̄ grauiſſima laborat īfirmitate. Pꝛocerto itaqꝫ
ſcias quia reuerſurꝰ ero poſtꝗ̄ videro matrē meā. cū maxima multi
tudine nouoꝛum militū. Ecce dirigo tibi pꝛo ſemine papaueris ꝙ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

mādaſti in mātico pro īnumerabili ſemine hoc piper vt cognoſcas q̄a multitudinē ſeminis papaueris vicit fortitudo huiꝰ paruiſſimi piperis. Cū ſcripta fuiſſet epiſtola vocauit ad ſe ipſos miſſos darij et dans illis dona optima pariter et epiſtolā et piper dimiſit eos. Deinde āmoto exercitu remeauit macedoniā.

De pugna cum principe darij.

IN ipſis deniqꝫ temporibꝰ quidā amōta noīe princeps milicie darij ſup arabiā cum valida manu hoſtiū reſidebat. Qui audiens aduentū alexādri mouit ſe inde cū exercitu ſuo et ex aduerſa parte ſtetit ante alexandrū. Et valde mane inchoato prelio pugnauerūt vſqꝫ ad occaſum ſolis. Et neqꝫ iſti neqꝫ illi deſtiterūt. ſꝫ fortiter inter ſe pugnauerūt per tres dies cōtinuos et multi ꝑ partes moriebant̄ et tam fortis extitit ipſa pugna. ꝙ eclipſim paſſus eſt ſol cōpaciendo de tāto homicidio nolēdo eciā videre tm̄ humanū ſanguinē effuſum quantū ibi videbat̄ effundi. Deinde ceperunt multi cadere a parte perſaꝝ ꝙ eciā videns amonta prīceps milicie tergauerſus cū pauſis vix aufugit perſidam. Et cum tanta celeritate fugit ꝙ ante dariū inuenit miſſo qui reuerſi fuerant ab alexandro adhuc ſtātes et ipſum dariū tenentē in manu epiſtolā alexandri et ſciſcitantem de ſemine papaueris quid pegiſſet. At illi dicentes apprehendit et momordit et deſpiciēdo dixit, mlti ſunt ſꝫ molles. Acceptoqꝫ darius pipere miſit in os ſuū id et mandens et ſuſpirans dixit. Pauci ſunt eius milites ſed ſunt forciores ſicut hoc piper acer ē. Reſpondit ei amonta dicens. Scias dn̄e ꝙ paucos pugnatores habet alexander ſed ſunt fortes et multos milites meos occiderunt. Ego vero cum paucis vix euaſi de manu illoꝝ. Igitur alexander vincendo pugnā nō eſt in elacionē eleuatus. ſed precepit militibꝰ ſuis vt ſepelirent tam perſes q̄ꝫ macedones qui occiſi fuerant in ipſo prelio.

De ingreſſu cilicie.

ET exinde āmoto exercitu venit ciliciā in qua ſubiugate ſunt ei multe ciuitates et ſuperiunxit in exercitu ſuo. xviij. milia hoīm. Indeqꝫ venit ſyriā q̄ et ipſa ſubiugata eſt ei. Deinde aſcēdens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

montē taurū venit in ciuitatē que dicit̄ perſopolis in qua ſunt. ix. muſe. Deinde accepta milicia egreſſus eſt per partes aſie ſubiugās ſibi multas ciuitates et veniēs frigiā ingreſſus eſt templū qđ dicit̄ ſol et fecit ibi victimas et venit ad flumen qđ dicit̄ ſanctamantro. Eratqȝ latitudo ipſius fluminis cubitis. xv. et dixit hominib⁹. Btī qui laudes homeri doctoris adepti ſunt. Quidam vero ex circūſtantibus cui nomē erat doctomedus reſpondens dixit ei. Rex alexād'r maiores laudes poſſumus facere de tuis factis quā fecit homerus de hijs q̄ fuerunt facte troye quia miraculoſas virtutes feciſti tu magis q̄ ille. Audiens hoc alexander dixit ei. Antea optarē eſſe diſcipulus homeri ſapiētis quā habere laudē quā hēt achilles. Poſt h' amoto exercitu venit macedonie et inuenit matrē ſuā olympiadem leuatā ab infirmitate et letatus eſt cum ea aliquantis diebus.

¶ Quō alexāder recedendo de macedonia a matre ſua. veniēſqȝ in perſidam ſubiugabat ſibi ciuitates et prouincias.

DEinde amoto exercitu exiēs macedoniā cepit ire contra pſidā et veniens caſtrametatus eſt in locū qui dicit̄ obdira. Hoīes vero āt ipſi⁹ ciuitatis clauſerūt ei portas. Videns aūt hoc alexād'r iratus eſt valde et p̄cepit militib⁹ ſuis vt incenderent ipſam ciuitatē Videntes autē homines ipſius ciuitatis ignem ceperūt vociferare ad alexandrū et dicere. Dn̄e rex nō clauſim⁹ portas ad rebellandū tibi ſȝ dubitādo ne hijs auditis. darius rex dirigeret ſatrapas ſuos et diſſiparent nos. Reſpōdens autē alexander dixit. Aperite portas ciuitatis ſicut decet et conſuetudo eſt. et nullomō nunc expugnabo vos. ſed cū fecero finem cū dario tunc loquar vobiſcū. Audientes hoc homines ipſius ciuitatis ſtatim aperuerunt ei portas ciuitatis et exinde trāſiens bithimiā venit molubo. Deinde ichal deopolim et venit ad fluuiū que dicit̄ xenis. et oppreſſit aliquantulū famis exercitū ei⁹. Fecitqȝ dijs ſuis victimas. Et exercitui ſuo p̄paratū eſt conuiuiū et ſaturati ſunt. Murmurabant autem milites eius dicentes. Defecerūt equi nr̄i. Quib⁹ alexāder dixit. Viri cōmilitones fortiſſimi ſi defecerunt equi veſtri deſperatis vos de ſalute. Si nos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

quidem viuim⁹ equos feſtinanter acquirimus. Sed ſi nos morimur equi nō erant neceſſarij nobis. Verūtamē feſtinem⁹ ire in talē locū vbi et cibaria inueniam⁹ ꝑ vobis et pro equis. Indeq; veīt ad locū q̄ dicit̄ loc⁹ lucrus vbi īuenerunt cibaria multa et paſcua ꝑ aīalib⁹ et moratus eſt ibi aliquātis dieb⁹. Deinde āmoto exercitu venit ad locū qui dicit̄ tratagātis et ibi caſtrametat⁹ ē. Inuenitq; ibi tēplū apollinis et voluit ibi victimas facere. Statiq; apollo vocauit eum dicēs. hercule. Rn̄dens alexād̄r dixit illi. Apollo vocaſti me herculē ergo reſponſa tua falſa vident̄.

¶ De deſtructione thebee.

Et exiens inde cum exercitu ſuo venit ad quandā ciuitatē q̄ dicitur thebas et dixit hominib⁹ ipſius ciuitatis. date michi trecentos milites qui veniant michi in adiutoriū. Audientes hoc thebei clauſerunt portas ciuitatis et armatis ex eis quadringentis aſcenderunt ſuper muros ciuitatis et dixerunt ei. Alexander ſi non recedis a nobis expugnabim⁹ te. Audiens autē hoc alexander ſubridens ait illis. Fortiſſimi milites eſtis o thebei. Clauſiſtis portas ciuitatis et ſic dicitis pugnare mecum. Unde ſciatis me nullomodo receſſurū de loco iſto. ſed manſurū ac pugnaturū aduerſum vos nō tamq̄ꝑ fortes ſed velut contra ruſticos et ſine virtute. Nam omnis fortis homo cui bella delectant non ſe claudit intra vrbē vt virgo ſe in campū exit et pugnat. Et hoc dicens ꝑcepit vt mille milites ſagittarij circa ciuitatē irent ſagittantes homines qui ſuper muros ciuitatis ſtabant. Item precepit quadringentis militib⁹ vt irent cū ſecurib⁹ et foſſorijs ferreis vt rūperēt fūdamēta muri q̄ cōſtruxerat amphiō et zethus. Et alijs quadringētis precepit vt irent cū ardentibus faculis et incenderent portas ciuitatis. Et plures alios ordinauit vt percuterent murū cum arietib⁹ et machiōib⁹. Ipſi autem cum fundibularijs et ſagittarijs et cū reliquo exercitu ingreſſus eſt ciuitatem. Ciuitas enim et porte eius ardebant et populus ſe precipitabant per murum. alij in igne morientes alij brachia et tibias frangentes. Erat autē tunc quidā homo in exercitu alexandri noīe ſtiſichorus inimicus ciuitatis qui gaudebat de paſſione ciuitatis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

Quidam vero muſicus de eadem ciuitate nomine hyſminea vt vidit
diſſipacionem patrie ſue ſtatim proſtrauit ſe ad pedes alexandri et
cepit lamentare et per artē muſicā cepit rogare eū ſperans animū
ſuū flectere. vt tandem aliquando miſereret̄ ciuitatis. Intuitus eum
alexāder dixit illi Magiſter poſtq̄ vidiſti diſſipare ciuitatē rogaſti
me cum hac melodia. Cui hyſminea reſpondit. Propterea hoc feci
domine rex vt flecterem animū tuū et cōuerterē illū in luctu illius
ciuitatis. Qđ ſi iuſte feciſti diſſipando ciuitatē hanc eo q͛ culpam
geſſit in te. male tn̄ feciſti quia tuipſe thebeus es. Oportuit te ergo
miſereri patrie tue. Audiēs hoc alexander iratus valde iuſſit murū
ipſius ciuitatis a fondamentis fodi et euerti.

ET exinde amoto exercitu cepit ire et ſecutus eſt eū quidā hō
magn⁹ ex eadē ciuitate nomine clithomachus. Thebei vero
qui remāſerant ex incendio ciuitatis abierunt delphym ad arā apol
linis vt conſulerent eum ſi deberet reedificari thebas ciuitas an
nō. Erat enim in ipſo templo quedā ſacerdos femina virgo q̄ abijt
ad fontem caſtri vnde libabāt et bibit ex eo aquā et veniens ſacri
ficauit apollinē. Statimq̧ apollo rn̄dit. Ille qui thebas ciuitatē
reedificaturus eſt tres victorias habebit. et poſt ipſas victorias re
cepturus erit poteſtatē reedificandi ipſam ciuitatē.

Quō corinthij receperūt alexandrū pacifice. et de ludo
quē exercuit cum eis.

ALexander itaq̧ profectus eſt corinthū ciuitatē et rogauerunt
eum corinthij vt luderet cum eis in curribus. factūq̧ eſt. Et
cōuenientes ad hoc ſpectaculū multitudo populi et aſtantib⁹ dixit.
alexander. Quis ex vobis erit primo luctans in lucto iſto? Clitho-
machus quē ſuperius dixim⁹ de ciuitate theba reſpondit. Si placet
veſtre poteſtati ego accepta poteſtate luctandi prius luctabo cum
corinthijs. Statimq̧ cepit clithomachus luctari et vicit. Cui dixit
alexander. Si ter viceris coronaberis. Factūq̧ eſt ita. Luctatus eſt
ſecūda vice et ſimiliter tercia vice et vicit. Et ſtatī iuſſu alexādri
coronatus eſt. Dixerunt autē illi preconizatores dic nomen tuum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

Clithomachus reſpondit. Sine ciuitate vocor. Audiens enim hoc alexād͛r dixit ei. O beatiſſime et optīe certator vt q̄d ſine ciuitate vocaris? Clithomachus reſpōdit. Maxime imperator anq̄ꝫ tu eſſes habui ciuitatē nunc autē ꝑ te ciuitatē nō habeo. In hoc itaqꝫ rn̄ſo ītelligēs alexād͛r qꝛ de theba ciuitate dicebat. dixit p̄conizatoribꝰ Vociferate et dicite vt iſte thebeus poteſtatē habeat reedificandi thebam et tenendi eā nomine meo. Et ita factū eſt.

¶ Quō alexander veniēdo ad ciuitatē laceā nomine recepit rn̄ſum ꝙ toti mundo īperaret et ꝙ priuaret ſtraſagorā principatu ſuo.

Interea exiens alexander de corintho venit in ciuitatem que dicitᷣ lacea in qua erat prīceps noīe ſtraſagora. Et ingreſſus templū diane inuenit ibi ſacerdotē virginē feminā que faciebat ſacerdotales veſtes. Statiqꝫ vt vidit alexandrū dixit ei. Inueniſti alexander. Tu enī debes ſubiugare totū mūdū. Audiens hᷓ alexād͛r donauit illi plurima dona optima auri. Alio itaqꝫ die ingreſſus eſt ipſe ſtraſagoras princeps lacee ciuitatis templū in quo erat ipſa ſacerdos. et videns illum dixit ei. Quid vis ſtraſagora? Scias quia prīcipatū tuū tolletᷣ a te. Quo audito ſtraſagora iratus valde dixit ei. Tu nō es digna tenere legem ſacerdotis. Alexād͛r enī ingreſſus eſt ad te et laudaſti eum et vaticinaſti ei bene. Michi autē dixiſti vt perderem ciuitatē meā. Cui ſacerdos reſpondit. Noli iraſci in hᷓ ꝙ tibi dixi q̄d futuꝝ eſſe debeat. quia ſic oportet te fieri. Factumqꝫ eſt poſt aliquātos dies iratus alexander contra ſtraſagorā eiecit eū de principatu ſuo. Deinde āmoto exercitu venit in ciuitatē athenā Straſagora autē quē ſuperius diximꝰ ingreſſus eſt ciuitatē et narrauit illis hoībꝰ qualiter alexander eiecerat eum de principatu ſuo. Athenienſes itaqꝫ audientes hoc irati ſunt valde et iniuriā multā contra alexandrum dixerunt. Alexander vero hoc audiens ſtatim ſcripſit ei epiſtolā continentē ita.

¶ De littera quā alexād͛r miſit athenienſibꝰ vt ſe ſubicerent ei.

Alexād͛r philippi regis filiꝰ et regine olympiadis atheniēſibꝰ dicimꝰ hoc. Scias poſtq̄ꝫ pater meus mortuꝰ fuit et ego ſedi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

in throno eius deſcēdi in partibus occidentis et plurime ciuitates ſubiugate ſunt michi. et honorifice me et meas epiſtolas receperūt et bene ſimiliter ipſi a me habuerūt. reſiſtentes vero nolenteſqꝫ me in pace recipere expugnaui et diſſipaui eos ciuitates eoꝝ ad terrā proſtraui pro ſtulticia eoꝝ. Nunc autē vobis dico athenienſes vt dirigatis michi decē rethoricos vt loquar cum eis vt exerceā cum eis ingeniū meū. Et nil aliud volo a vobis niſi vt militetis mecū et me habeatis dominū et regē veſtrū. Si autē colla veſtra noſtro nō vultis ſubmittere imperio. Preparamini et eſtote forciores me.

De conſilio demoſtenis phi athenienſis.

Legentes itaqꝫ athenienſes hanc epiſtolā ceperunt oēs inter ſe vociferare. Herculus vero phūs cepit dicere vt nequaꝙ̄ acquieſcerent verbis alexandri. Populus autē in vnū cōgregatus eſt et audiens verbū herculi rogauerūt omnes vna voce quendā phm̄ demoſtenen nomine vt de hac re ꝙ ex inde melius videret illis conſiliū daret. Ille autem erigens ſe et manu ſilenciū indicens ait. Viri cōciues mei cōe conſiliū dabo ꝙ omnibus vobis vtile eſt. Itaqꝫ ſi tales vos eſſe ſentitis ꝙ vincatis regem alexandrū pugnate cū eo. Sinautē flectimini ſub poteſtate illius. Vos quidē ſcitis ea que de xerſen rege fortiſſimo a noſtris maioribꝰ audiuimꝰ ꝙ fecit multas victorias cū ſuis militibꝰ. Sed tamē ſuſtinuit perdicionē in ellada Hic aūt alexāder ecce iam. xiiij. pugnas exercuit et eas vicit. Dicite michi nonne oēs habitantes tyrū ciuitatē fortiſſimi milites in arte pugnandi fuerunt? Sed qd̄ factū eſt ex illis ſcimꝰ. Thebei ſapiētes et magne virtutis erant et ars pugnandi erat in eis. Quid igitur factū eſt de illis? Penolopenſes diu pugnauerunt cū alexandro ſed tandem ſuccubuerūt et nichil profuit eis. Scitis eciā quid factū eſt ex illis. Plures quidē ciuitates ad quas iuit alexander ſine pugna et ſine altcacione aliqua ſubiugate ſunt ei. Vos itaqꝫ irati vultis reſiſtere illi eo ꝙ eiecit ſtraſagorā de principatu ſuo. Benefecit i hō quia culpa illius fuit. Sic eteni audiuimus alexandrū eſſe ſapientē ꝙ nō eieciſſet eum de principatu ſuo ſine culpa.

Quō athenieſes cōſiliū demoſteīs recipiētes ſubmiſerūt ſe alexādro

AVdientes igit̄ athenienſes hoc conſiliū laudauerunt omnes
demoſtenen et ceperūt loqui īter ſe. Jtex impauit demoſtenē
ſilenciū eis dicens. Quis rex aliquādo ingreſſus ē egiptū pugnare
niſi ſolus alexander? Vel quis abijt et ſubiugauit atqȝ in ſua ptāte
redegit egypcios quineciā nomini ſuo magnā ciuitatē ibidem fabri
cauit? Quinymmo ipſi egypcij rogauerunt eum vt irent cum eo in
perſidā. q magni fuerunt et tn̄ humiliati ſunt ei et cenſum dederūt
Vos itaqȝ vultis pugnare cum eo cū in omnibꝰ que alexāder facit
dij ſunt ei in adiutoriū. Jlle vero nos monendo et dona optia nr̄is
militibꝰ faciendo tale meritum a nobis debet recipere. Hoc autem
dicente demoſtene acquieuit populus. Et ſtatuerunt dirigere illi
coronā auream victorialē penſantē libras quinquaginta et promit
tentes illi dare cenſum pariter et dona. Factūqȝ eſt ita. Rethoricos
vero nullatenus miſerunt illi. Abeuntes vero miſſi athenienſiū ad
alexandrū obtulerunt ei coronā aureā et narrauerunt ei ꝓmiſſionē
cenſi dandi et omnia que dicta ſunt eis ab athenienſibꝰ. Audiens
autē illos alexander ſtarim intellexit conſiliū beſtili phī qui dixerat
vt illi reſiſterent. et conſiliū demoſtenis qui dixerat vt obedirent ei
Et miſit eis epiſtolā continentē ita.

Epiſtola ſecunda quā miſit alexander athenienſibꝰ pcendo eis.

ALexander filius philippi et olympiadis regine athenienſibꝰ.
Aquouſqȝ ſub potenti manu grecoꝝ cunctos barbaros non ſub
mittam nullomodo aſſumā nomen regis. Vobis itaqȝ athenienſibꝰ
dicimus nos ꝙ diximꝰ vobis vt mandetis nobis. x. rethoricos nō
ꝙ iniuriam aliquam a nobis ſuſtinerent ſed ſalutē et honorē ſicut
magiſtros decet haberēt. Credite nobis quia nō cogitamꝰ introire
veſtrā ciuitatē cum exercitu noſtro. ſed cum principibꝰ meis tantū
vt liberi eſſetis ab omni ſuſpicione. et vos de nobis cogitaſtis con
trariū qd̄ manifeſtauit veſtra cōſciencia. Teſtes ſunt nobis dij ꝙ ſi
q̇libꝫ vr̄m erexiſſꝫ ſe cōtra nos nullatenꝰ aliqd̄ mali reddidiſſeꝰ illi
Sed vt vos mali eſtis et ſemꝑ male cogitatis ſic ſperatis de nobis

Quin eciā qn̄ corinthÿ contra nos arma leuauerunt dignū meritū
a nobis receperunt. Vos enim habentes malā conſcienciā in nobis
culpatis nos in hoc ꝙ ſtraxagorā depoſuimus de principatu ſuo qui
crimē graue in noſtrā cōmiſit maieſtatē. Attn̄ de ipſis glorioſiſſimis
rethoricis quos habetis heſtilus bonū conſiliū dedit pro ſalute vr̄a.
Et demoſtenē ſimiliter pſecuti eſtis. Sed nos tamē ſcripſimꝰ vobis
vt mitteretis nobis decem phōs et vos mandatū noſtrū abiecistis
pꝰtergū ignorātes potenciā meā. Et licet poſſetis de culpa rephēdi
tamē remittimꝰ vobis omne iniurie delictū. Itaqꝫ confortamini et
eſtote ſalui q̇a nullā cōtrarietatē a nobis recipietis eo ꝙ obediſtis
conſilio demoſtenis qui dixit vobis ſalutem noſtrā. Legentes itaqꝫ
atheni hanc epiſtolā gauiſi ſunt valde.

DEinde āmoto exercitu alexāder venit lacedemoniā. Lacedemo
nes aūt nullo modo acquieuerūt ei. ſed dixerūt inter ſe. Nos
nō ſumꝰ ībellices ſimiles athenienſibꝰ qui timuerunt pugnare cum
alexandro. Oſtendamꝰ igitur virtutē noſtrā in eum. et hoc dicentes
clauſerunt portas ciuitatis et aſcenderunt ſuper murū ciuitatis et
parauerunt ſe ad pugnā. Alÿ quidem aſcenderunt naues et exierūt
obuiā ei ad littꝰ maris hoc eni piū faciebāt q͛ plus erant claſſico
bello ꝙ̄ ſereno. Videns aūt hͦ alexāder direxit ei eplāꝫ cōtinentē ita.

Epiſtola lacedemonibꝰ pnitaliū.

ALexander filiꝰ philippi et olympiadis lacedemonibꝰ hͦ dicimꝰ
Damus vobis cōſiliū vt cuſtodiatis fidem quā accepiſtis ab
anteceſſoribꝰ noſtris parentibꝰ. Et ſi per fortitudinem deſideratis
gaudere. tunc oſtendatis fortitudinē veſtram vt īueniamini digni
et bene et honorifice a nobis recipi valeatis. Precipimꝰ igitͬ vobis
vt exeatis de veſtris nauigÿs p veſtrā bonā volūtatē anteꝙ̄ ignis
eiceat vos inde turpiter. Et ſi hoc facere nō vultis et veſtrā vanam
gloriā vultis in nobis oſtendere videte quia ipſi habebitis vos re
prehendere cum vicerit vos alexander.

Quō alexāder cepit violēter ciuitatē lacedemoniorꝫ.

CUm autem legiſſent lacedemones hanc epiſtolā irati ſunt et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

ceperunt iniuriare alexandꝛū nolentes acquieſcere verbis eius. ſed
pꝛeparati ceperunt pugnare cū eo. Alexādꝛ vero circuiens ciuitatē
cū militibꝰ ſuis et facto īpetu cōtra eā. ceperūt ciues ſtatī ꝑ murū
cadere alíȷ́ moꝛtui alíȷ́ vulnerati. Illi vero q̇ in nauibꝰ ſedebant deuo
rabantᷣ ab igne quē fecerat ſuꝑ eos ꝓici. Reliqui vero q̇ remanſerāt
videntes ſe in tāto ꝑiculo cōſtitutos ſtatī exeuntes de ciuitate ꝓſtra
uerunt ſe ad pedes alexandꝛi poſtulando ab eo miſericoꝛdiā ne eos
captiuaret. Rñdens autē alexander ait illis. Ego veni ad vos man
ſuetos et me recipere noluiſtis. Cū enī cremate ſunt naues veſtre
et ciuitas depopulata ſit poſtulatis miſericoꝛdiā. Sed tñ nunc vos
reprehēdo in hoc ꝙ feciſtis qꝛ ꝓinde feciſtis. ſperātes michi facere
quēadmodū parentes veſtri fecerūt xerſen regi. Sed fefellit vobis
ſpes vrā qꝛ nō potuiſtis ſuſtinere īpetū armatoꝝ meoꝝ. Et h̄ dicēs
alexādꝛ caſtrametatꝰ ē ibi. et fecit dñs ſuis victias. Lacedemones
vero et ciuitatē eoꝝ dedit libertati. ¶ Quō darius habuit
cōſiliū cū pꝛīcipibꝰ et ſapientibꝰ ſuis vt poſſet reſiſtere alexādꝛo.

DEinde āmoto exercitu alexander ingreſſus eſt ꝑ partes cilicie
in terrā barbaroꝝ. Darius itaqꝫ audiens aduentū alexandꝛi
timuit valde et congregatis pꝛincipibꝰ et ſapientibꝰ ſuis fecit cum
eis conſiliū dicens. Vt video iſte quid ſic pugnando vadit creſcit
in virtute et victoꝛia. Ego enim ſperabā illum eſſe latrunculū et ꝙ
ſicut latro iret depꝛedando. Ille vero vt video ſicut rex pugnat et
humiliat ſe. Et quanto magis volumus exaltari ſuper eum tanto
amplius exaltatᷣ ille et nomē eius. Ego enī direxi illi pilā et ꝛotā
vt ludū diſceret ſicut puer. ille autē quē dixi eſſe diſcipulū factus ē
ſuꝑ magiſtrū. Et vbicūqꝫ pergit pꝛoſpera et victoꝛia ſequūtur eū.
Pꝛo quo itaqꝫ opoꝛtet nos cogitare de ſalute nrā vt non incidamꝰ
ī elacionē et ī ſtulticiā vane gloꝛie deſpiciēdo illū dicētes. Nil agit
alexādꝛ vel nichil ē. ſuꝑbiēdo eciā eo ꝙ tenemꝰ regnū ꝑſaꝝ ne ꝑui
tas illiꝰ creſcat et magnitudo nrā minuatᷣ. Dubito eī ne adiuuādo
illū diuina ꝓuidēcia volendo illi cōcedere dyadema regni ac creſcat
tēpus illiꝰ et optando eicere illū de ellada eiciat nos ipſe de ꝑſida.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

De cõcilio eſiaſtris fratris darij et alioꝝ principũ ſuoꝝ.

Hec autẽ dicente dario reſpondit ei eſiachar ſuper id dicens Magnificaſti alexandrũ in hoc ꝙ dixiſti ꝙ plus exardeſcit ille ingredi perſidam ꝙ̃ nos elladã. Unde ſi tibi placet fac tu ſicut facit alexander et tunc ſtabit regnũ tuum abſq; omni turbacione et acquires regnũ alexãdri et alia multa regna. Quia quãdo pugnat alexander cum aliquo homine nõ dirigit ſatrapas nec aliquos principes ſicut tu facis ſed per ſemetipſum vadit et pugnat viriliter et antecedit omnes principes et ſatrapas acquirendo nomẽ victorie. Audiens hoc darius dixit ei. Debeo ego accipere ſimilitudinem ab illo an ille a me? Reſpondens vnꝰ ex principibꝰ eius dixit. Alexãder eſt in omnibus peritiſſimꝰ et in nullo offendit ſed per ſemetipſum facit viriliter omnia. quia formã leonis habet et virtutẽ a ſua natiuitate. Cui darius dixit. Unde tibi hoc cognitũ eſt? Jlle autẽ rñdit Quando ꝑ tuam iuſſionẽ iui macedoniã cenſum querere a philippo patre ſuo vidi illum et cognoui figurã eius et audiui ſapienciã eiꝰ Unde ſi tibi placet dirige in omnibus finibus tuis et cõgrega oẽs ſatrapas et principes tuos quia plurime ſunt gentes que ſunt ſub regno perſaꝝ .i. Parti medi et elamite. apolloniades. meſopotamij. illirici. nõ dico longinquiores ſicut ſunt ytalici. et brachei et ſemiraniti. Habes enĩ gentes plus ꝙ̃ .cl.m. Congregent̃ ergo in vnum oẽs et queramꝰ auxiliũ a dijs. quia cũ viderit alexãder plenitudinẽ genciũ et virtutẽ barbaroꝝ timor et tremor apprehẽdet eum et eos qui cum illo ſunt. Cui quidam alius princeps dixit. Bonũ conſiliũ dediſti. ſed non cõgruũ. Noſtis quia vnus canis maximã gregẽ ouiũ ſpargit? Jta ſapiencia grecoꝝ ſupat multitudinẽ barbaroꝝ.

Quõ alexander infirmatus eſt lauando ſe in flumine occeano.

Interea alexander cõgregata multitudine hoſtiũ peruenit ad numerũ ducentoꝝ miliũ hominũ. Et nõ mora faciente venit ad fluuiũ qui dicit̃ occeanus ex quo decurrit aqua pulcherrima et frigida nimis. Accidit vt in ea lauaretur alexãder et facta eſt leſio magna in eum. Nam poſt frigiditatẽ apprehedit eum dolor capitis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

et vrebatᷣ magis febrib⁹. Videntes illum autē macedones infirmari triſtati ſunt valde et timentes ceperunt inter ſe dicere. Si darius audiuerit infirmitatē alexandri faciet impetū ſuper nos et delebit nos. Nam ſanitas alexandri confortabit nos omnes.

Quō alexander ſanatus eſt et de infamacione ſui medici qui ipſum liberauit.

INterea vocari fecit philetū medicū ſuū ad ſe et ſciſcitatus ē eū de infirmitate ſua. Erat enim iſte medicus iuuenis et perfectus in arte medicine qui promiſerat alexandro per vnā pocionē ſanare eum. Quidā autē princeps milicie qui tenebat armeniā nōie parmenus hēbat hunc medicū in odiū eo ꝙ diligebatᷣ ab alexādro et ſcripſit epiſtolā ad alexandrū dicēs. Dn̄e rex caue tibi a phileto medico et noli bibere pocionē illius quia darius promiſit ei dare ſuam filiam in vxorē ſi occideret te et facere eum conſortē regni ſui Recepta itaqꝫ alexander epiſtola legit et tenuit eam in manu nec ē exinde turbatus eo ꝙ ſecurus erat de cōſciencia phileti. Et ecce philetus cum pocione preparata ingreſſus eſt ad alexandrū offerens ei pocionē ipſam. Alexander igitur accepta pocione cum dextera manu et cum ſiniſtra tenente epiſtolā reſpiciebat in faciē phileti. Cui philetus ait. Maxime imperator noli expaueſcere et ſecurus bibe pocionē. Statim alexander bibit pocionē. et poſtea dedit eplā̄ꝫ phileto medico. Qui lecta epiſtola dixit ei. Maxime imperator nō ſum culpatus in hoc ꝙ epiſtola dicit. Alexander ſanus effectus vocauit ad ſe philetū et amplexat⁹ eſt collum eius et dixit ei. Cognouiſti philete amorē et dilectionē et fiduciā quā in te habeo. ꝙ antea bibi pocionem et poſtea dedi tibi epiſtolam? Cui philetus ait. Maxime imperator fac venire hominē illum qui direxit tibi illam epiſtolā. quia ipſe me monuit talia facere. Statimqꝫ alexander iuſſit venire parmenū et perſerutatus eſt eum. inuenitqꝫ illum morte dignū et iuſſit eum decollari.

Quō alexander volens pugnare cum dario fecit deſtrui pontem vt nullus de ſuis fugam caperet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

ET inde āmoto exercitu venit mediā et armeniā magnam et
ſubiugauit eas ſibi. deinde ambulās ꝑ multos dies ingreſſus
eſt in loca arida et arenoſa in quibus non inueniebat̃ aqua et trā
ſiens mare qđ dicitur adriacus venit ad fluuiū magnū eufraten et
caſtrametatus eſt ibi. ſtatimq̧ iuſſit auferri ſibi ligna et preparauit
magnū pontē ſuper ipſum flumē et iuſſit ligari eum cum clauis et
cathenis ferreis et precepit militibus ſuis vt tranſirent. Illi autem
videntes magnitudinem fluuij. et curſum eis validiſſimū timuerunt
intrare in ipſum pontē ne frāgerent̃ cathene. Videns enī alexāder
eos dubitare ꝑcepit cuſtodib⁹ animaliū vt primū cū animalib⁹ trā
ſirent. Deinde oīs apparatus ei⁹ exercit⁹. Et poſt hoc iuſſit militib⁹
ſuis vt tranſirent. illi vero dubitabant. Alexander videns eos dubi
tare iratus ē valde. Et cōuocatis militib⁹ ſuis cepit tranſire primū
ipſe. deinde principes et omnes exercitus. Fluuius quidā eufrates et
tygris pergunt per mediā et meſopotamiā et babiloniā et intrant
in fluuiū nilū. Referuntur enim talia ꝙ fluuius nilus qñ irrigat
egyptum dicta flumina euacuant̃. et quādo reingredit̃ in alueo ſuo
ſtatim ipſa flumina intumeſcunt.

CVm autē tranſiſſet alexander et omnes exercitus eius fluuiū
eufraten caſtrametatus eſt ibi et fecit incidi ipſum pontem.
Videntes hoc aūt milites eis triſtati ſunt valde. et murmurantes ce
perunt dicere inter ſe. Si acciderit nobis vt fugiam⁹ e prelio nō erit
tranſitus nobis. Quib⁹ alexander dixit. Procerto ſcitote quia ꝓinde
feci incidere ipſum pontem vt deſtituti de fuga pugnetis viriliter vt
vincatis aut ſi vultis e prelio fugere non ſit vobis tranſitus. Quia
victoria nō eſt fugentiū ſed inſequēciū. Quare cōfortet̃ cor veſtrū
et fortitudo pugne exiſtimet̃ a vobis ludus. Nā certiſſime ſcitote
quia nullomodo videbitis macedoniā. quoſq̧ ſubiugauero cunctos
barbaros et tunc cū victoria reuertemur.

¶ De congregacione exercitus darij. et de prima victoria quā
habuit alexāder cum dario et de forti ꝑcuſſione capitis quā
ſuſtinuit alexander ab vno milite darij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

INterea darius imperator cõgregata multitudine hoſtiũ ordi
nauit ſuꝑ eis ſatrapas quinqꝫ. Et exeũtes caſtrametati ſunt
ſuper tigrim. Alio namqꝫ die cõuenerunt in campo vtriqꝫ hoſtes.
alexãder cũ ſuis. et ſatrape darij cũ ſuis. Et ſonãtes tubas bellicas
ꝑ ꝑtes mixte ſunt vtriqꝫ hoſtes et ceperũt acriter inter ſe pugnare
Stabant enim fortes per partes et nullomõ cedebant ſibi. Et pug
nãdo ſic fortiter inter ſe ceperũt cadere plurimi barbaroꝝ. Videtes
autẽ barbari ſuos in bello deficere tergauerſi inierunt fugam. Alex
ander vero caſtrametatus eſt ibi et fecit dijs ſuis victimas. In dicta
namqꝫ pugna vir quidã erat perſarũ acer animo . Cui ſpoſpõderat
darius dare filiã in vxorẽ ſi occidiſſet alexandrũ. Ille autẽ indutus
veſte et armis macedonũ et ĩter acies pugnãciũ mixtus cũ militibꝰ
alexandri et ſtans retro alexandrũ euaginato gladio tam fortiter
percuſſit caput eius ꝙ et galeam tranforauit et caput fortiter vul
nerauit. Videntes autem hoc milites alexandri apprehenderunt eum
ſtatuentes illum ante alexandrũ. Cui alexander dixit. O ſtrẽnue et
fortiſſime vir quid eſt hoc qđ in me facere voluiſti? Qui barbara
lingua reſpõdit. Ne extimes imperator me macedonẽ eſſe ſed vnũ
ex perſis qui promiſit dario afferri caput tuum. Illeqꝫ ſpoſpondit
michi dare filiã ſuam in vxorem et regales prouincias ſi caput tuũ
ſuo conſpectui preſentarẽ. Alexander vero cõuocatis militibus ſuis
cũctis ſtatuit eum ante omnes dicens. Viri cõmilitones quid faciã
de viro iſto? Alijs autẽ dicentibꝰ ꝙ crucifigeret̃ et alijs dicentibꝰ ꝙ
capite plecteret̃. ait alexander. Quid malefecit curando mãdata dñi
ſui implere? Nam ſi ego iniungerẽ alicui vrm̃ vt necaret dariũ eadẽ
vobis incũberet pena a dario inferenda. Quicũqꝫ ergo iudicat illũ
morte dignũ ſemetipſum iudicat in futuro. Et hijs dictis ſtatĩ iuſſit
eũ abire ſaluũ. Audiens aũt darius imperator alexandrũ ſatrapas
ſuos viciſſe et propius acceſſiſſe ſtatĩ cõgregata multitudie equitũ
et peditũ aſcendens in montẽ cilicie qui vocat̃ taurus ordinauit ſe
ipm̃ mõtẽ ſperãs eũ vicere. Nã cõgreſſius cũ alexãdro darius victꝰ ẽ
Et maximã partẽ de ſuo exercitu ꝑdens fugiẽſqꝫ ad ꝑſas remeauit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

Alexander enim profectus eſt vſqꝫ tractram et caſtrametatus ē
ibi et fecit dijs ſuis victimas. Alio nāqꝫ die cepit acriter ex
pugnare ciuitatē ipſam apprehēdens illāqꝫ poſuit in ea ſoliū ſuū et
ſubiugauit ſibi omnes alias ciuitates que erant in circuitu eius et
inuenit in ipſa theſaurū multum darij imperatoris necnon matrem
et vxorem et filiam.

¶ Quō alexander nō conſenſit in prodicione darij.

Pterea vnus ex principibus milicie darij venit ad alexandrū
et dixit ei. Maxime imperator vnꝰ ſum ex principibꝰ milicie
darij q̇ plurima ſeruicia feci ei et nil boni ab eo recepi. Quapropter
ſi placet veſtre glē iube venire armatos nobiſcū decē milia iuuenū
et tradam tibi plurimos ex princibus milicie darij ac eciam ipſum
dariū. Audiēs hoc alexander dixit ei. Amice perge ad regem tuum.
quia nō credunt ſe tibi extranei poſtq̄ vis expugnare tuos. Inter
ea quidā ex principibꝰ milicie darij imꝑatoris ſcripſerū epiſtolam
dario continentē ita.

¶ Quō aliqui principes darij ſcripſerunt dario pro
ſubſidio contra alexandrū.

Dario preclaro deo magno Seaphi et ſpichir ſatrapes gaudiū
Jam antea ſcripſimꝰ veſtre glorie et nūc ſcribimus aduentū
alexandri et cognitū veſtre glorie facimꝰ quia peruenit in hac terra
et diſſipauit eam. et occidit plurimos ex nobis ſumuſqꝫ oppreſſi an
guſtia. Quapropter recordando dirigimꝰ tue clemencie vt ſuccuratis
nobis et adiuuetis nos vt poſſimus reſiſtere illi anteq̄ ingrediatur
ad nos. Relata itaqꝫ darius hac epiſtola ſtatim ſcripſit alexandro
epiſtolā continentē ita.

¶ Epiſtola darij ad alexandrū tercia.

Darius rex perſarum famulo meo alexandro dicendo mandamꝰ.
Peruenit iam in auribus noſtris epiſtola de tua ſuperbia et
vt excogites venire prope nos vt loquaris nobiſcū. Quod ſi ita poteſt
fieri orientales dij pergant habitare in occidentē. Tamē nō eleuetur
mens tua propter victorias quas feciſti. Dictum enim eſt michi q̄

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

oſtendiſti benignitatē in meos. Unde procerto ſcias quia pro bono
ꝙ illis feciſti me non habebis amicū. Uerūtamē ne pigriteris nec
indulgere eis ſed crucia illos vt filios inimici. Quia quandoqꝫ in
vltimo dabo ſentenciā tibi. Recepta itaqꝫ alexander epiſtola legit
eam et riſit. ſtatimqꝫ ſcripſit epiſtolā continentē ita.

¶ Epiſtola alexandri ad dariū.

ALexādœr filiꝰ philippi et olympiadis regine dario regi pſaꝝ
dicendo mandamꝰ. Superbiā et elacionē ſeu vanā gloriam
odio habuerunt dÿ. Tu autē nō ceſſas blaſphemare eos vſqꝫ in finē
quia ſcripſiſti nobis de benignitate et honore quē in tuis fecimus
vt non heabamꝰ exinde te amicū. Scias quippe quia ſi bene fecimꝰ
illis nō fecimꝰ pro tuo amore ſed ſolūmō ex cordis noſtri elegācia
et virtute. Habemus autē ſpē intrandi ad te ideo oſtendimꝰ benig
nitatē noſtrā in eis. Uerūtamē ſicut noſtra dyadema non eſt ſimilis
tue ita nec cōſuetudo ordinis noſtri ſimilis eſt cōſuetudini ordinis
tui. Attamē hec epiſtola vltima ſit tibi. Caue itaqꝫ et in mente ha
beto quia certiſſime venimus ad te vt loquamur tecū. Cum autem
fuiſſet ſcripta epiſtola vocauit alexander ipſos miſſos darÿ et dedit
illis epiſtolā pariter et dona optima et dimiſit eos. Deinde ſcripſit
epiſtolā principibꝰ et ſatrapitibus ſuis tali modo.

¶ Epiſtola alexandri ad principes et ſatrapas ſuos vt mitterent
neceſſaria exercitibus ſuis.

ALexander philippi filius et olympiadis regineprincipibus et
ſatrapitibꝰ ſuis ſubiectis meis habitatoribꝰ ſyrie. capadocie
cilicie. et paflagonie. arabie. et alÿs gentibꝰ ſalutem cum gaudio.
Uolo vt preparet michi vnuſquiſqꝫ veſtrum veſtimenta et pelles
animaliū et mortuoꝝ cōfecte mille. mandātes eas in anthiochia vt
preparate ſint militibꝰ meis tam in veſtimentis q̄ in calciamentis
quia camelos ordinatos habemus ibidem. qui deferent eas vſqꝫ ad
flumē eufraten. Interea quidā ex principibꝰ darÿ nomine naſtardi
ſcripſit epiſtolā dario cōtinentem ita.

¶ De littera quā miſit naſtardus dario.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

Dario regi perſarum deo magno atqꝫ preclaro naſtardi diri
git gaudium. Non oportuerat me veſtre glorie ſcribere. ſed
quaſi coactus ſcribo. Sciat veſtra ſublimitas quia duo ex magnis
veſtris principibus mortui ſunt in prelio quod cum alexandro
cōmiſimus. ego autem vulneratus vix euaſi manus eius. Coxarius
vulneratꝰ fuit fugiendo euaſit abiens in finibꝰ ſuis. Plurimi vero
potentiſſimi atqꝫ preclariſſimi milites veſtri iuerūt ad alexandrū
qui et ipſe honorifice ſuſcepit eos et regales illis prouincias con-
ceſſit. Ciuitatē aūt cum templo et diȷ̄s ipſe ſuccendit. Recepta itaqꝫ
darius epiſtolā ſtatim ſcripſit naſtardo principi ſuo vt prepararet
ſe cum ſuis vnacū aliȷ̄s dario ꝑtinentibꝰ quatenꝰ reſiſterent gētibꝰ
macedonie quia nullomō letabat̄ in id qđ fecerunt. Scripſit autem
ſecundā epiſtolam ad porū regem indoꝝ vt preberet ei adiutorium
Porus autē reſcripſit ei epiſtolā continentē ita.

Quō porus rex indoꝝ ſcripſit dario ꝙ veniret ſibi in auxiliū
contra alexandrū

Porus indoꝝ rex dario regi perſarū. Quia direxiſtis nos ro-
gando vt veniremꝰ in adiutoriū tibi parati ſumus et fuimꝰ
ſed impediuit nos infirmitas quā habemus. Nā et nobis durū ē de
hac iniuria. ſed tamen in proximo recipies milites noſtros et alias
gentes q̄ procul a nobis ſunt. Cū audiſſet mater darȷ̄ ꝙ ipſe darius
preparaſſet ſe cum exercitu vt aliā pugnā cū alexandro cōmitteret.
triſtis effecta eſt valde ſcribens ei epiſtolā continentē ita.

Quomō mater darȷ̄ ſcripſit dario ꝙ nullomodo amplius
pugnaret cū alexandro.

Regi dario filioqꝫ dulciſſimo mater eiꝰ rogania dirigit gau
dium. Audiuimꝰ deniqꝫ ꝙ cōgregaſti populū multū et pluri
mas gentes et vis alia vice cum alexandro pugnare. Quiȷ̄mmo ſi
totū mundū adunare poteris nō poteris reſiſtere illi cū diuina pro
uidencia ipſum foueat et ſuſtētet. Propterea dimitte ſenſum altitu
dinis tue et declina paululū a gloria tua. Quia ſi in ipſa ꝑſeuerare
volueris perdes vitā et induces malum ſuper nos et facies nobis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

perdere honorem quē habemꝰ. Certe ego ſum fili mi que ī maximo
honore te genui. Et ideo āplius matri ſue noli preparare anguſtiā
quia fiduciā habeo ꝙ poteris venire in bonū finem cū alexandro
ſi volueris. Relecta itaqꝫ darius hanc epiſtolā fleuit et turbatus ē
valde. venientibꝰ ſibi in memoriā parentibꝰ ſuis.

**Quō alexander ſolus iuit ad dariū et diſcūbens cum eo cognitꝰ
fuit ab eo et a ſuis. et de fuga eius.**

Interea alexander āmoto exercitu cepit appropinquare ad ci
uitatē in quo erat darius. Et ita appropinqbat ei ꝙ aſpicie
bant exinde ſublimiſſima loca monciū que erāt ſupra ciuitatē darij.
Videns autē hoc alexāder precepit ſtatim militibꝰ ſuis vt inciderēt
ramos arboꝝ et euellerent herbas et ligarent eas in pedibꝰ equoꝝ
mulorum et cameloꝝ exercitus ipſius. Hoc ingeniū ideo iuſſit fieri
alexander vt maiorem puluerem facerent. et videntes eos perſes ab
excelſis montibꝰ obſtupeſcerent magis de plenitudine hoſtium. Et
veniens iuxta ciuitatē ſuſis in qua erat darius itinere dierū quiqꝫ
caſtrametatus eſt ibi. Et vocatis principibꝰ ſuis dixit. Inueniamꝰ
hominē ſub poteſtate noſtra quē mandemus dario dicentē ita. Aut
ſubiugare ſub poteſtate noſtra aut conſtitue diem pugnandi. Eadē
igitꝛ nocte apparuit alexādro in ſompnis deus hamon in figura mer
curij portans clamidem atqꝫ macedonicam veſtem et dicens illi. Fili
alexander quādo neceſſe eſt tibi adiutorium paratus ero adiuuare
te. Sed nunciū quē dixiſti dirigere dario ne feceris. Volo itaqꝫ vt
induaris figura mea et pergas tu ibi. ꝙuis periculoſa res ſit regē
ire pro legato. Sed tamē noli expaueſcere quia deus erit tibi in ad
iutoriū. nullamqꝫ anguſtiam ſuſtinebis. Exurgens autem alexander
a ſompno repletus eſt gaudio magno. Et conuocatis principibus
ſuis narrauit illis ſompnū qđ viderat. At illi dederunt ei conſilium
vt ita faceret queādmodum dictum fuerat ei in ſompno. Statimqꝫ
alexander vocauit vnū ex principibus milicie ſue cui nomen erat
emulus qui erat audax et fideliſſimꝰ alexandri. et iuſſit ei vt vnū
equū equitaret et aliū vacuū ad manū traheret et ſequeretur eum.

Factūqꝫ eſt ita. Et cum ꝑrexiſſent ambo ad fluuiū qui dicit̃ granic⁹
qui perſica lingua ſtragaria appellatur inuenerunt eum coagulatū.
Statīqꝫ alexādr mutato habitu induit ſe veſtimētū qḋ in ſompno
viderat et dimiſſo ibi principe milicie ſue ipſe ſolus tranſiens cepit
ire contra ciuitatē darij. Princeps vero rogabat eum dicens. Max
ime impator ꝑmitte me venire et trāſire fluuiū tecū ne forte veiat
tibi aliqua anguſtia. Cui alexander dixit. Expecta me hic quia in
meo adiutorio veniet ille qui ī ſompnis michi apparuit. Iſte fluius
de quo ſuperius diximus hyemali et vernali tp̄e tota nocte ꝑmanet
coagulatus. Mane vero cum incaluerit ſol diſſoluitur in curſu tam
velociſſimo et rabide labitur vt ſibi ibi aliquis ingreſſus fuerit ve
locitate fluuij rapiat̃. Eſt autē latitudo ipſius fluuij ſtadiū vnū. Cū
autē veniſſet alexander ad portā ciuitatis videntes eum perſes mira
bantur in figura eius eſtimantes illum deum eſſe. Statimqꝫ interro
gauerūt eum dicentes. Quis es tu? Et ille rn̄dit. Apocriſarius ſum
regis alexandri. Darius itaqꝫ imperator erat tunc ꝑ montana terre
ſue vociferando et cōgregando multitudinē hoſtiū vt aliā pugnā
cum alexandro cōmitteret. Cū autē veniſſet darius ad portā ciuita
tis et inueniſſet loquentē alexandrum cum perſis miratus eſt valde
in figura eius ſperans illum deum eſſe apollinē deſcendentē de celis.
Statimqꝫ adorauit eum et dixit illi. Quis es tu? Cui ille reſpondit.
Miſit me rex alexander vt dicerem tibi. Vt quid moram facis vt ti
midus homo exiendi in campo ad preliandū cum inimicis? Aut ſub
iugare ſub poteſtate noſtra aut conſtitue diem pugnandi. Audiens
hoc darius dixit ei. Forſitan tu es alexander qui cum tanta audacia
loqueris. Vt enim video nō loqueris vt nuncius. ſed ſicut ipſe alex
ander. Procerto ſcias quia nullo modo me perturbāt dicta tua. Sz
tamen cōmede mecū hodie ad cenā meā ſicut miſſus. quia alexander
inuitauit miſſos meos ad cenā ſuam. Et hoc dicens tetendit manū
ſuam et apprehendit dexterā eius et ītroduxit illum in palaciū ſuū.
Alexander enim cepit cogitare intra ſe dicens. Bonum ſignū in me
facit iſte barbarus introducendo me per dexteram in iſto palacio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

Certiſſime credo quia adiuuātibus dijs meū erit palaciū iſtud. Et
ingreſſus darius vna cū alexādro in tricliniū in quo erat ipſa cena
preparata. ſedit darius. ſedit et alexander. Sederūt principes darij
cū alexandro facie ad faciē. Erat enim ipſum tricliniū totū ornatū
auro. Perſes vero ſedentes in cōuiuio deſpexerunt ſtaturā alexādri
eo ꝙ erat parua ignorātes qualis ſapiēcia et q̄lis virtꝰ et audacia
erat in tali corpuſculo. Paraſſides autē oēs et menſe et ſcāpna oēs
erāt ornata ex auro. Pincerne vero ferebāt pocula in vaſis aureis
ornatis ex pulchrioribꝰ gēmis. Mediante vero cōuiuio cū porrectū
fuiſſet alexandro poculū in vas aureū bibit et miſit eū in ſinū ſuū
Allatū ē illi et vas aliud et fecit ſimilit᷑. Deīde vſqꝫ ad terciā. Alla
tores vero vaſculoꝝ cū hoc vidiſſent retulerūt id dario. Audiēs h᷒
darius erexit ſe et dixit illi. Amice quid ē hoc ꝙ facis et abſcōdis
vaſa aurea in ſinu tuo? Cui alexāder rn̄dit. In cōuiuio noſtri regis
talis cōſuetudo ē vt cōuiue ſi volūt tollūt vaſa ex quibꝰ bibunt. et
ſi talis cōſuetudo apud vos nō ē. qualis apud noſtꝝ regē reddo ea
vobis. Et hoc dicēs reddidit ea pincerne. Perſes vero q̇ ſedebant
ī cōuiuio ceperūt īter ſe loqui mutuo dicētes. Iſta quidē cōſuetudo
valde bona ē. Quidā vero ex principibꝰ milicie darij cui nomē erat
anepolus ſedens ī cōuiuio et intuēs faciē alexādri agnouit eū. Vi-
derat enī illū qn̄ direxerat eū darius cū alijs macedoniā a philippo
tollere cenſum et intelligens vocē et figurā eiꝰ cepit cogitare intra
ſe dicens. Nōne iſte eſt alexander filius philippi? Et ſtatī erigens ſe
accedit propius dario et dixit ei. Maxime impator iſtū miſſū quē
videtis ipſe ē alexander. Audiens aūt alexand᷑ ꝙ de cognicione eiꝰ
mutuo loq̄bant᷑ ſtatī exilijt de ſolio ſuo et exiens ī triclinio īuenit
quendā ex pſis tenentē in manu faculā accēſam tulit eā. Et veniēs
aſcendit ſuper equū ſuū et cū magna celeritate cepit abire. Perſes
vero vidētes h᷒ oēs armati aſcēderūt ſup eq̊s et cū magna veloci
tate ſecuti ſūt eū. Erat aūt obſcura nox. Alexand᷑ itaqꝫ portās ī maū
faculā tenebat iter rcm̄. Inſequētes aūt illū alij oberrabāt deuiātes
alij ꝑcuciebant facies ſuas ꝑ ramos arboꝝ. alij cadebant in foueis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

¶ Quō alexander euaſit de manibus darij ſed pdidit equū ſuū.

Sedente autē dario in throno ſuo et cogitāte de hoc ꝙ fecerat alexander reſpicienteqꝫ ſtatuā aureā xerſen regis qui ſedebat ſub tribunali triclinij cecidit ipſa ſtatua. Videns hoc darius dolore ductus cepit amare flere et dicere. Hoc prodigiū deſolacionis mee eſt et degreſſio regni perſaꝝ. Alexander enim veniēs ad fluuiū glanicū inuenit eum coagulatū cepitqꝫ tranſire fluuiū. Sed anteq̄ potuit tranſire fluuiū diſſolutus eſt fluuius et rapuit equum ſuum Alexāder autē cum magna difficultate exiuit et cōiunctus eſt emulo principi ſuo et reuerſus eſt ad ſuos.

¶ Quō alexander congregauit multitudinē genciū vt pugnaret cum dario.

Alio naqꝫ die cōgregato exercitu ſuo peruenit ad numerū. ccxx. milia hominū et aſcendens alexander in eminenciori loco confortabat exercitū dicens. Non equabit multitudo perſaꝝ ad multitudinē hoim noſtroꝝ quia plures ſum⁹ nos q̄ illi. Sed tn̄ ſi plures nobis et centupliciter fuiſſent non deberent nos turbare. quia multitudo muſcaꝝ nullā leſionē facere preualent paruitati veſpiū. Audientes autē hoc omnis exercitus eleuata voce magna ceperūt laudare alexandrū. Darius itaqꝫ imperator āmoto exercitu ſuo venit ad flumen granicū tranſienſqꝫ ipſum flumen caſtrametatus eſt ibi. Erat eni exercitus darij magn⁹ valde et fortis et habebat falcatos currus decem milia.

¶ De tercia victoria quā habuit alexander contra dariū.

Alio namqꝫ die cōuenerunt in campo vtriqꝫ hoſtes. alexāder cū ſuis. et darius cū ſuis. Alexāder aūt aſcendit in equū ſuū qui dicebat bucephalus et āmoto eo curſu velociſſimo ſtetit in medio ante omnes ſuos. Videntes autē perſes eū ex aduerſo ſtupefacti timebant eum eo ꝙ terribilis videbatur ab omnibus. Ponuerunt tubas bellicas et facto impetu alexāder cōtra eos mixte ſūt vtriqꝫ hoſtes et ceperunt inter ſe pugnare acriter et ex ambab⁹ partib⁹ tube ſonabant. Forcior tamen erat ſonitus armatoꝝ pugnanciū q̄

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

ſonitus tubaꝝ et animaliū vocē facienciū. Ex vtraqꝫ parte militum multitudo cadebat. Erat enim ſagittarioꝝ multitudo maxima per partes qui cooperiebant ipſum aerem de ſagittis ſicut nubes. Aliȷ̄ autē pugnabāt cum enſibꝰ manu ad manū aliȷ̄ cū ſagittis et cotis Et erat planctus in eis et tribulacio maxima et campus totꝰ plenꝰ moꝛtuis. Incohoatū ē pꝛeliū ab oꝛtu ſolis et durauit vſqꝫ ad occaſū eius. Inter hec multi ceperunt cadere a parte perſarū. Videns enim darius ſuos in bello deficere tergauerſus iniȷ̄t fugam. Ceperuntqꝫ perſes vna cū eo fugere. Eratqꝫ obſcura nox. Multitudo falcatorū curruū fugiētes occidebant ſuos et cadebāt pedeſtres hoīēs añ eos ſicut meſſis cadit in campo ante plenitudinē equitū. Veniens autē darius ad flumen pꝛedictū inuenit eum coagulatū. et tranſiȷ̄t. Plenitudo vero perſarū poſt eū fugiētes ingreſſi ſunt in ipſum fluuiū et impleuerūt illum ab vna ripa in alterā et ſtatim rupta ē glacies et abſoꝛbuit eos. Aliȷ̄ vero venientes ad ipſum fluuiū et cum tranſire non poſſent inſequentes eos macedones interficiebāt eos. In hͦ itaqꝫ bello moꝛtui ſunt ex perſis trecēta milia hoīm abſqꝫ eis quos abſtulit flumē. Fugiēs ergo darius ingreſſus ē ciuitatē ſuſis et aſcēdens ī palaciū ſuū ꝓſtrauit ſe ſuꝑ faciē ſuā in t̄ra et ex alto pectoꝛe dura trahēs ſuſpiria plorādo dicebat. Heu me miſer vt quid celeſtis ira et tribulacio appꝛehēdit ꝑſidā ꝙ hūiliatꝰ ē darius vſqꝫ ad terrā qui ſubiugauit atqꝫ ī ſua ptāte redegit multas ciuitates plurimas inſulas et plurimas naciones genciū. Nūc autē fugitiuꝰ et ſubiectꝰ factus eſt. Sed ſi cognitū eſſet miſero hōi quid ei ī futuro accidere deberet in pñti aliud cogitaret. In pūcto etenī articulo vnius diei venit ꝙ humiles exaltat vſqꝫ ad nubes et ſublimes vſqꝫ ad puluerem deicit. Et hͦ dicēs reuerſus ē ſenſus eiꝰ in eū et erexit ſe de t̄ra. Staticqꝫ ſcripſit epiſtolā darius ad alexādrū cōtinentē ita.

¶ De quarta lr̄ā quā miſit darius alexando rogādo eū vt redderet matrem ſuā et vxoꝛem et daret ſibi theſaurū infinitū.

Darius rex dominatoꝛi meo alexandꝛo gaudiū. Recoꝛdando mādamus veſtre clemēcie quia ſicut tu homo es de mulieris

carne ꝓcreatus nō ergo ad tanta ſublimia cor veſtrū eleuetur qui
eciā nouiſſima vrā recordetis. Recordamur xerſen regis fortiſſimi
noſtri vnde originē ducimꝰ qui multas victorias habuit plurimaq̄ꝫ
proſpera. ſed quia vltra modū eleuata eſt mens eius habuit turpitu
dinē in ellada qui plurimas diuicias auri habuit ſicut tuipſe vidiſti
apud nos. Recordare iteꝝ q̄a ſupna dīnitas cōceſſit t̄ hāc victoriā
et ꝑinde hebeto miſericordiā. quia refugiū apud te facio. Scis enī
me meāq̄ꝫ magnitudinē et natiuitatē. Redde michi matrem meā et
vxorē et filios. et promitto dare tibi theſauros quos habeo ī zada
et ſuſis et macita quos theſaurizauerunt patres mei ſub terra. Et
conſtituo te dominū medorū et perſarum omnibus diebus vite tue
Eſto ſaluꝰ et cōceſſa ſit tibi victoria a ioue ſummo. Veniētes miſſi
darij ad alexadrū optulerūt ei epiſtolā. Alexāder vero apprehēdens
ipſam iuſſit eam legere coram omnibꝰ et dixit eis. Ite dicite dario
regi veſtro. quia miror ſuper primū quo vult extorquere matrē ſuā
et vxorē et filios de manibꝰ meis. Si victus eſt darius michi p̄miū
nō ꝑmittat. ſed oēs diuicias ſuas et dignitates noſtro imperio ſub
iciat et exponat. Et ſi iterū vult pugnare prepararet ſe ad pugnā
et pugnemꝰ. Si vicerit nos ita vt nō valeamꝰ ſaluare noſmetipſos
nō tenebimꝰ matrē et vxorē et filios. Et hoc dicēs dedit illis dona
optima et dimiſit eos. Deinde p̄cepit militibꝰ ſuis vt irent et colli
gerent corpora mortuorū et ſepelirēt ea. Vulneratos aūt adducerēt
ad ciuitatē et inferrent eis medicinā.

De palacio xerſen regis et de mirabilibꝰ q̄ alexander inuenit iuxta fluuiū glanicū.

ET exinde āmoto exercitu caſtrametatus eſt iuxta fluuiū glani
cū et aliq̄ntis diebus hyemauit ibi et fecit dījs ſuis victimas
Erāt enī circa fluuiū ipſum palacia pulcherrima cōſtructa a xerſen
rege perſaꝝ. Et videns eas alexander iuſſit vt cōburerēt. Erat enī
in ipſo loco ager magnus vbi ab antiquitate ſepeliebant̄ reges et
iudices perſarum. In quo fodientes ipſi macedones inueniebant in
ipſis ſepulchris vaſa gēmata aurea et argentea. Inuenerūt eciā ibi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

ſepulchrū nini regis aſſirioꝝ ex vno lapide ametiſto cauato habēs
forinſecꝰ ſculptas palmulas et tam lucidiſſimus erat ametiſtus ille
ꝙ eciā apparebat foris totū corpus hominis iacentis ibi ac eciam
capilli eius. Erat enim in ipſo loco turris anguſtioſa et peſſima in
qua erāt incluſi homines habentes alij trūcatas manus et brachia
alij tibias et pedes. alij monoculi. Qui audientes ſtrepitū armatoꝝ
clamauerunt omnes ad alexandrū. Audiens vero alexander vocē
illorū iuſſit eos abſtrahi de ipſa turre. Et videns eos miſericordia
motus ſup eos doluit et plorauit et precepit illis dari dragmas auri
et promiſit illis reſtitui proprietates ſuas. Interea reuertentes ipſi
miſſi darij ab alexādro narrauerūt ei quēadmodū dictū fuerat illis
ab alexandro. Darius vero hoc audiens cepit preparare ſe iterum
vt pugnaret cū alexandro nec nō ſcripſit epiſtolā ad porum regem
indoꝝ continentē ita.

De littera quā miſit darius poro rege indorū pro ſubſidio
volens iterū pugnare cum alexandro.

DArius rex regū poro regi indorū gaudiū. Nuper direximus
vos rogando vt faceritis nobis adiutoriū pugnando contra
illos qui conati ſunt diſſipare palaciū noſtrū. Nam iſte alexander
qui pugnat nobiſcū habet ferocē animū vt beſtia et tempeſtuoſus
eſt animus eius ſicut mare cum impletur a vento. Volui itaqꝫ reha
bere ab ipſo matrem meam et vxorem et filios et pro eis ſibi dare
maiorem partem theſauri mei ſed noluit michi acquieſcere. quāuis
ſine mea voluntate ſit. Attamē congregabo gentes multas et decer
tabo cum ipſo vſqꝫ ad mortē. Quia melius eſt michi mori in bello
ꝙ̄ videre mala gentis mee necnō meam deſolacionem. Quapropter
non pigeat miſericordia veſtra ſuperuenire et adiuuare nos vt
ſaluari poſſim ab anguſtijs in quibus poſitus ſum. Reuocate me-
morie tue ordinem patrum noſtrorū. Et hoc vobis promitto quia
donū dabo omnibus hominibus qui vobiſcū aduenerint. vnicuiqꝫ
pedeſtri ꝑ menſem ſolidos aureos tres. Equitibꝰ vero pro quolibꝫ
ſolidos aureos decē. Cibaria vero vobis omnibuſqꝫ vr̄is ſeruiētibꝰ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

copioſe miniſtrabo. Et vbicumqꝫ caſtrametati fueritis dabo vobis
centū octuaginta iuuenculas oꝛnatas diuerſis oꝛnamentis ꝓ veſtro
obſequio. Caballꝰ vero bucephalus et impialis armatura alexādꝛi
veſtra ſit. Spolia vero illoꝝ qui capti fuerint diuidētur. Medietas
eoꝝ vna ſit veſtri exercitus. alia vero medietas noſtri exercitus ſit
Jnterea quidā ex militibus darij fugiens ad alexandꝛū narrauit ei
ꝙ darius pꝛeparabat ſe vt aliam pugnā cum alexādꝛo cōmitteret
et quomō direxerat ad poꝛum regem indoꝝ vt feſtinaret venire in
adiutoꝛiū ſibi.

¶ De interitu regis darij.

CUm audiſſet alexādꝛ ſtatim āmoto exercitu cepit ire cōtra
dariū ſtatuens in coꝛde ſuo et dicens vt nullomō vocaretur
impatoꝛ ſi regnū darij nō obtinuiſſet. Darius vero audiens aduētū
alexādꝛi timuit valde et perſes cū eo. Erat enī quidā ex pꝛincipibꝰ
darij nomine biſſo et alius aboꝛzanes qui ſtatim vt audiuerunt ad
uentū alexandꝛi fecerūt cōiuracionē inter ſe vt interficerent dariū
eſtimātes bonā remuneracionē ab alexandꝛo recipere. Hoc autem
inter ſe confirmantes intrauerunt palaciū et venerunt ante darium
euaginatis gladijs et vt vidit enī eos darius dixit illis. O cariſſimi
mei vſqꝫ mō vocaui vos ſocios nunc vero dnōs quia vultis me oc
cidere. Foꝛſitan enī plus non ſunt macedones apud alexādꝛū hono
rati ꝙ vos apud me. Recedite a me quia ſufficit michi tribulacio
mea. Nolite hoc malum in me facere quia ſi me occideritis et inue
nerit me alexander occiſum quaſi in latrones vindictam faciet in
vos. quia nō eſt gadiū imperatoꝛi inuenire aliū imperatoꝛē occiſū
a ſuis. Jlli vero crudelitate cōpulſi ceperūt percutere darium. Jpſe
vero parato añ ſe brachio cecidit foꝛtiter vulneratus et dimiſerūt
ipſum in palacio ſemiuiuū iacentē ſperantes eum moꝛtuū eſſe.

¶ Quō alexander audiens interitū darij trāſiuit flumē glanicū et iuit ad darium

AUdiens alexander interitū darij trāſijt flumen cum exercitu
ſuo celeriter et uenit ad ciuitatē ſuſis. Perſes vero videntes
eum aperuerunt poꝛtas recipientes eum honoꝛabiliter. Cum igitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

audiſſent aduentū alexandri Hij qui interfecerant darium cōtinuo
abſconderunt ſevolentes intelligere voluntatē alexandri·in hoc ꝙ
fecerant in dariū. Alexander enī aſcendens in palaciū et ambulans
per eum mirabat᷑ in edificio eius. Conſtruxerat enī eum tyrus rex
perſarum. Erat autē pauimenta ipſius palacij ornata ex lapidibus
candidis et varijs. parietes vero eiꝰ erāt omnes ex auro et gēmis
Erantqꝫ ibi ſimulachrū ex auro et gēmis et ſtellis fulgentibus et
columpne auree continentes illud. Videns autem hoc alexander mi
rabatur valde et de ambulās per palaciū ingreſſus eſt cubiculū in
quo iacebat darius ſemiuiuꝰ et videns illud et miſericordia motus
ſuper eū. exuens ſe clamidem imperialē cooperiuit eum. et amplex
atus eſt eū et cepit flere amare et dicens. Surge dn̄e darie ſurge.
Sicut nuꝑ fuiſti dominus tocius imperij tui eſto et nunc et recipe
dyadema perſarum et eſto glorioſus veluti hactenus fuiſti. Juro ꝑ
omnipotentes deos quia veraciter abrenūcio tibi imperiū tuum et
hodie mecum pariter fruere cibarijs ſicut filius cum genitore ſuo.
Quia nullus imꝑator gaudere debet intriſticia alterius īperatoris
cum ab eo fortuna recedit. Dic michi darie qui fuerunt percuſſores
tui vt vindictam in eis faciam. Hoc autē plorando cū diceret alex
ander extendens darius manū ſuā āplexatus eſt eū et oſculans illi
pectus collū et manum et dixit illi. Fili alexander nō letetur mens
tua in gloria quā habes de victoria tibi data. Eciā dico tibi ſi ope/
ratus fueris que operati ſunt dij et manus tuas vſqꝫ ad celum ten
deres ſemꝑ recordari deberes nouiſſima quia mortalis es et mortē
tuā cotidie an̄ oculos ītueris. Nō ſolū autē. ſed et me debes intueri
Proſpice qualis fui heſterno die et qualis ſim hodie qui miſerrime
humiliatus ſum ad puluerē. Et qui pene fui dominus tocius orbis
nunc memetipſum in poteſtate non habeo. Sepeliant me obſecro
manꝰ tue et veniant in obſequiū meū perſes et macedones et ammō
perſarū et macedonū regnum efficiatur vnum. et ſit tibi recōmen/
data rogo doꝛnea mater mea vt ſit in memoria matris tue pietate
et miſericordia ſuper vxore mea mouearis. Roſanen filiam meam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

accipe tibi in cōiugio. Quia ex bonis parentibꝰ decet nobile germē
oriri. tu de philippo. roſanen de dario. Hoc autem dicēte eo in manu
alexandri emiſit ſpiritū. Scdm morē itaqꝫ imperialē alexander cōpo
ſuit corpus eius et cum magno obſequio portabat eum antecedenti
bus macedones et perſis. Alexander autē per ſemetipſum ſupponēs
collū ſuum portabat funus eius vna cū perſis. Et ibat flendo ama
riſſime. Plorabant enim perſes non tantū pro morte darij quō pro
pietate alexandri et ſepeliētes eū reuerſi ſūt cū alexandro ī palacō.

¶ De coronacione alexandri in throno darij.

Alio nāqꝫ die coronatus ſedit pro tribunali in throno aureo
ꝗ fuerat cyri regis et congregata ante ſe omni multitudine
populi iuſſit omnibꝰ ſcribi ꝑ oēs prouīcias epiſtolā cōtinentē ita.
Rex regū alexander filiꝰ dei hamonis et regine olympiadis omnibꝰ
ciuitatibꝰ et prouincijs perſaꝝ. Gaudere me vtiqꝫ decuerat ſi tātus
hic populus non defeciſſet. ſed quia noluit deus hamon conſtituere
victores perſides oportet me ei referre gloriam et omnibꝰ dijs. Vo
lumus itaqꝫ atqꝫ precipimꝰ vt ꝑ vnāquāqꝫ ciuitatē ſint principes
et rectores ſicut fuerūt tempore darij imperatoris et obediatis eis
ſicut hactenus feciſtis. Et vnuſquiſqꝫ homo habeat proprietatē ſuā
in pace et omnia arma recondentur in domibꝰ regalibus. Volumus
iterū atqꝫ precipimꝰ vt ab hac prouincia perſida et vſqꝫ a elladam
iter apertū ſit. vt euntes et redeuntes cū negocijs nil mali paciantꝛ
Et vt locuplex ſit terra iſta et repleatꝛ omni bonitate.

¶ De punicione interfectoꝝ darij

Deinde p̄cepit ſilenciū omnibꝰ et dixit. Viri perſes audiētes
audite. Quis ex vobis interfecit dariū inimicū meū? Accedāt
ad me hij qui īterfecerūt eū vt videā eos et dignū honorē exhibeā
eis. et nichil dubitent. Veniant ad me vt videam illos quia bonum
ſeruiciū michi fecerunt quicūqꝫ dariū occiderūt. Per potentiſſimos
deos iuro et per dilectā matrē meā olympiadem quia p̄claros illos
faciā pre omnibꝰ perſis Cū taliter iuraſſet alexander perſes omnes
plangebāt amariſſime. Iniqſſimi ergo hoīcide biſſo et oribāſames

darij. hoc audientes interfectores darij oſtenderunt ſe alexandro et
dixerūt ei. Maxime imperator nos ſumꝰ interfectores darij inimici
tui. Videns autē eos alexander precepit eos apprehendi et ligari et
ſuper ſepulchrū darij duci et ibi decollari. Illi vero ceperūt vociſe
rare et dicere. Maxime imperator vide quid iuſiurādo iuraſti nobis
per potentiſſimos deos et per ſalutē matris tue. Quibus alexander
reſpondit. Nō me decet loqui vobiſcū. ſed populo qui circūſtat hoc
diciꝰ. Manifeſtacio veſtra nullatenꝰ facta fuiſſet ſi tale ſacramentū
non feciſſem. Cogitacio animi mei talis fuit ab inicio vt vbi īuēti
fuiſſent homicide decollarent̄. Nā illi q̄ ꝓpriū dn̄m occidūt de extra
neis q̄d faceret̄. Hoc autē dicēte alexandro ꝑſes iter ſe vociferātes
laudabāt eū q̄ſi deū. Homicidas aūt illos iuſſit vt capite plecterent̄
Totāqꝫ ꝓuinciā in pace ordinauit cōſtituens rectores et principes
in omnibꝰ locis perſarꝫ. Eodē vero tēpore erat quidā homo ſenex
auūculꝰ darij iperatoris qui diligebat̄ vere ab omnibꝰ perſis. quē
ad peticionē tociꝰ populi ordinauit alexander ducem in perſidā.

Quō alexander accepit filiā darij in vxorē et quō ſcripſit
matri ſue ꝙ de hoc coleret feſtū per octo dies.

Alio nāqꝫ die ſedit ꝓ tribunali in throno aureo coronatus et
ſcd̄m peticōꝫ darij iuſſit venire roſanen filiam eiꝰ cū corona
aurea coronata ex lapidibus precioſis. Accipienſqꝫ eam ī vxorē ſibi
fecit eam ſedere vna ſecum pro tribunali in throno aureo precepitqꝫ
vt adoretur ab omnibus ſicut regina. Factumqꝫ eſt ita. Vidētes aūt
hoc perſes gauiſi ſunt gaudio magno. Et ſtatim leuauerunt omnes
deos ſuos et deduxerunt eos añ alexandrū et ceperunt vna voce lau
dare illū et benedicere quaſi deum. Et dicebant omnes ad eū quaſi
vna voce. Nunc feciſtis ꝙ placuit dijs. Quo viſo alexādro turbatꝰ
ē valde et tremefactus dixit eis. Nolite exhibere michi honorē q̄ſi
deū quia corruptibilis et mortalis ſum ſimilis vobis. nō ergo decet
me ſociare dijs. Deiñ ſcripſit eplāꝫ matri ſue olympiade et ariſtotili
p̄ceptori ſuo de p̄lijs et āguſtijs quas paſſus ē in ꝑſida et de multis
diuicijs quas īuenerūt ibi quare ipſe cū oībꝰ ſuis factus erat diues.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

Iterū ſcripſit vt coleret̄ nupcias quas fecerat de roſanen filia darij quā acceperat in vxorē. Et ipſe quidam pluribꝰ diebus nupcialiter epulabant̄ ī pſida vna cū macedonis et perſis ſuis nupcijs glorie.

Quō alexander iuit in indiā et de murmuracione militū ſuoꝝ contra alexandrū.

POſt hec vero congregato exercitu ſuo et multitudine perſaꝝ precepit ingredi in indiam. Et cepit ire per terrā deſertam et ſpacioſam et in aquoſam et ꝑ colles cauernoſos. Et nō ſolū fatigatꝰ eſt ipſe et milites ſui valde quineciam et principes eiꝰ murmurātes dicebāt ſibi mutuo. Sufficere debuerat nobis ꝙ venimus pugnādo vſqꝫ perſidā et ſubiugauimꝰ dariū q antea cenſum leuabat a nobis Quid amplius deficimus querendo indiā in qua beſtie habitant et obliuiſcimur terre noſtre. Hic vero alexādeꝛ nil aliud facere optat niſi ire preliando et ſubiugando ſibi gentes. Nos itaqꝫ dimittamꝰ eum et reuertamur in terram noſtrā et ipſe cum perſis eat quo vult Audiens autē hoc alexander iuſſit ſtare exercitū et aſcēdens in eminenciori loco eleuata voce dixit. Sepamini ab inuicē perſes in vna parte. macedones et greci in altera. Factumqꝫ eſt ita. Intuens autē alexander macedones et grecos dixit eis.

Quō alexander confortauit milites ſuos dulcibus verbis.

OCōmilitones fortiſſimi macedones et greci. pſes iſti vſqꝫ mō fuerūt contrarij michi et vobis et vos vultis me cū eis dimittere et poſt tergū redire in patriam veſtram. Scitis quia conturbabatur animus veſter de verbis epiſtole darij et ego confortabā vos dando conſiliū et ſic confortabantur animi veſtri. Iterum quando venimus pugnaturi cum inimicis noſtris. nūquid ego ſteti ſolus ꝓ ſaluacione veſtra et ſolus et primus añ omnes aggrediebar in ꝓliū Nūquid ego ſolus abij ad dariū imperatorē et tradidi meipſum pro vobis in multis periculis. Tamen recordamini huius quia et iſtos ſolus vici et vbicūqꝫ iero pugnaturus cū barbaris ſuperabo illos adiuuantibꝰ dijs. Vos igit̄ ſi vultis redire ſoli macedoniam redite quia nullatenus vobiſcū redeā quia nichil poteſt facere abſqꝫ regis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

cõſilio exercitualis milicia ꝑut vobis experiencia declarabit. Hec aũt
dicẽte alexãdro oẽs pncipes macedonie erubeſcẽtes pecierũt veniã
alexandro dicẽtes. Maxime imperator ãmodo vita noſtra in manu
tua eſt poſita quocũqꝫ vis pergere perge. qui nullatenus nobis vi
uentibꝰ te dimittere volumus. Alexander vero auditis verbis eoꝝ
placabilis acquieuit. Et ex inde ãmoto exercitu venerũt in indiam
phaſiatẽ menſe iulio ſuniẽte. et obuiauerũt ei miſſi pori regis defe
rentes ei epiſtolã continentẽ ita.

Epiſtola prima quã miſit porus rex indoꝝ alexandro.

Porus indorũ rex latroni alexandro qui latrocinãdo non ſua
virtute obtinet ciuitates precipiẽdo mandamus. Cũ ſis mor
talis homo q̇d preuales facere deo? Certe tu cum mollibus hominibꝰ
qui et nullã virtutẽ habuerũt pugnaſti. q̃ et digni fuerũt ſuſtinere
anguſtiã. Et eo ꝙ viciſti eos ſperas meã celſitudinẽ tue ſupponere
paruitati. Qđ vtiqꝫ fieret ſi dῐȷ ſupponerẽtur hominibꝰ et ſi terra al
titudini celorum preponeretur. Victorialis etenim ego ſum cui non
ſolum hoĩes obediũt ſed eciã dῐȷ. Scis quomõ euenit dponſio qui
dicebat bachus qui liber pater dictus ẽ pugnaturus in indiã veĩt
ſed terga uerſus ante indos fugit quia ſuſtinere virtutẽ illoꝝ nulla
tenus potuit. Quaꝓpter anteꝙ̃ turpitudinẽ paciaris damꝰ tibi con
ſiliũ et precipimus vt feſtinanter reuertaris in terrã tuã. Tu enim
ſcis ꝙ anꝙ̃ xerſen fuiſſet rex ĩ pſida indis dabãt macedones cẽſum
Sed quia inutilis terra erat et que regi non placuit dedignati ſunt
illã indi. Quia oĩs homo plus deſiderat largifluã et latam fructiferã
terrã quã paruã. Ecce iam altera vice precipimꝰ tibi vt reuertaris
in terrã tuã et vbi dñacionẽ habere nõ poteris. deſideriũ nõ habeas

Quõ milites alexandri ſunt cõſtritati de littera pori et quõ.
alexander confortauit eos dulcibus verbis.

Cum aũt pueniſſet hec epla ad manũ alexãdri iuſſit eã legere
corã omnibꝰ. Milites vero audiẽtes eplãꝫ turbati ſũt valde
Quibꝰ alexãder dixit. Viri cõmilitones fortis animꝰ vr̃ nõ turbet
ꝑpẽ verba eplẽ pori regis. Recordami verboꝝ eplẽ darῐȷ quõ ſupbe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

et audacter loquebaẗ. Veritatē enim dico vobis quia oēs barbari coēm ſenſum habent cum beſtijs cū quibꝰ habitant videlicet tigris pardis vrſis leonibus et ceteris beſtijs. quia cū raro ab hominibꝰ occidanẗ. ita cōfidentes in agreſti virtute ſua habēt exinde audaciā Et h̄ dicēs iuſſit ſcribere eplāꝫ ad poꝛū regē indoꝝ cōtinentē ita.

Epiſtola alexandri ad porum.

Rex regū alexander filius dei hamonis et regine olympiadis. poꝛo regi gaudiū. Acuiſti ſenſum noſtrū et prebuiſti nobis audaciā quatenꝰ pugnemus contra vos. eo ꝙ dixiſti quia in macedonia nil boni inueniẗ nec ē fertilis terra et oīa bona atqꝫ dulcedo fluit in india. Proinde toto mentis conamine pugnabimꝰ tecū vt acquiramus eam. Et iam inſuper dixiſti quia cuncti homines plus diligunt ſpacioſam et amplā terram et fertilem ꝗ̄ artam et paruam Nos eteni qui parui ſumus ad magnitudinē veſtri culminis venire optamus ꝗ̄ greci non habent. De hoc autē ꝙ veſtra dicebat eplā quia nō ſolum hominibꝰ verum eciā dijs reſiſteret imperatoꝛ. Ego itaqꝫ pugnaturꝰ venio ad te tamꝗ̄ cū homine barbaro elacione et inflacione vane gloꝛie pleno et non quaſi cū deo quia arma vnius dei totus ferre mundus nō poſſet. Ob ſi elementa aeris videlicet tonitrua fulgura et plenitudo aquarū ſuſtinere non poterūt indignacionē deoꝝ quātominus homines moꝛtales. Quin ymmo ſcias quia ſtulta locucio tua me nō cōturbat.

Quō poꝛus fuit iratus de littera alexander et parauit ſe vt pugnaret cum eo.

Relecta igitur epiſtola. porus iratus eſt valde. Et congregata multitudine militū ſuoꝝ cū elephātis multis cū quibus indi pugnare ſolebant exijt obuiam alexandro. Erat autē exercitꝰ pori magnus valde et foꝛtis. habebatqꝫ falcatos currꝰ. xiiij. milia abſqꝫ equitibꝰ et peditibus et quadꝛingentos elephantos qui poꝛtabant turres in doꝛſis ipſoꝝ vbi ſtabāt in vnaquaqꝫ quīquaginta hoīes ad pugnandū. Videntes aūt macedones et perſe q̄ cū alexādꝛo erāt multitudinē exercitꝰ pori turbati ſunt et expaueſcentes non tm̄ pro

multitudine hominū quantū pro multitudine bestiaꝝ tn̄ ordinatis
ex vtraqꝫ parte militib⁹ viriliter consiſtebant.

¶ De p̄ma victoria et pugna alexādri quā habuit cū poro rege idoꝝ

Alexander vero aſcendens ſuper equū ſuū qui dicebat̄ buce-
phalus et facto impetu an̄ omnes ſuos iuſſit medis et perſis
vt ipſi ſoli prime pugne periculū attemptarent. ipſe alexander cum
macedonibus et grecis ſtetit armatus ex alia parte. Perſe vero in
tantū ledebant̄ ab elephantibus ꝙ nullatenus audebant hoſtibus
appropinquare. Cogitans igitur alexander ſapienter elephantes de
uincere: ferebat ſecū alexād̄er ſtatuas ereas poſitas ī currib⁹ ferreis
quas calefieri iuſſit et impleri viuis carbonibus vt calor earū non
deficeret et illos iuſſit deportari ante elephātes. Qui videntes eas
eſtimātesqꝫ eſſe hoīes. extendebāt ꝓmuſcides ſuas more ſolito vt ca
perent eas. ſtatiqꝫ p̄ nimio calore incendebant̄. redeuntesqꝫ retro ex
turbabant̄ et nullomō ꝑgebant iterū pugnaturi cū hoīb⁹ timentes
ne incenderent̄. Videns aūt porus hoc ꝙ de elephātib⁹ factū eſt tur
batus eſt valde. Medi vero et perſe facientes impeetū cum ſagittis
ſup indos cūctos ꝓſternebāt et multitudo vtriuſqꝫ populi cadebat
in ipſo p̄lio. Itaqꝫ cōtinuo p̄ dies. xxx. vtreqꝫ partes pugnauerunt
ceperūtqꝫ deficere medi et perſe in ipſa pugna. Qd̄ cū vidiſſet alex
ander iratus ē valde. Et aſcendens caballū qui dicebat̄ bucephalus
ingreſſus ē pugnā et p̄liauit viriliter et macedones et greci cū eo
quinecīā et ipſe caballus adiuuans eos multū ſtatiqꝫ cadere cepit
multitudo ex īdis. Porus vero cū vidit ſuos ī bello deficere targa
verſus aufugit et indi ꝗ remanſerūt d̄ p̄lio ceperunt fugere poſt eū
Alexander vero caſtrametat⁹ eſt ibi. et fecit dīījs ſuis victimas. p̄ce
pitqꝫ ſepeliri tā indos ꝙ̄ ſuos qui interfecti fuerant in ipſo prelio.

¶ De victoria quā habuit alexander cum poro et quō apprehēdit
ciuitatē pori et inuenit in ea incredibilia ſenſib⁹ humanis.

Altera autē die expugnauit ciuitatē pori apprehenditqꝫ eam
Et ingreſſus palaciū ei⁹ īuenit ibi que incredibilia hūanis
mētib⁹ vident̄. i. q̄dringētas colūpnas aureas cū capitellis aureis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

et vineā aureā pendentē inter ipſas columpnas que habebat folia
aurea et racemos habebat alios de criſtallo alioſqꝫ de margaritis et
onionibꝰ et alios ſmaragdinos et onichinos. Erantqꝫ parietes illiꝰ
palacij inueſtiti de laminis aureis quas macedones incidentes inue
niebat groſſas et ſpiſſas ad inſtar digiti vnius manꝰ hominis. Et
erant parietes ipſi ornati ex margaritis et onionibꝰ carbūculis et
ſmaragdis et ametiſtis. Porte vero ipſiꝰ palacij oīs erāt eburnee
et laquearia argētea et camere eiuſdē ligni cipreſſini. In aula aūt
ipſius palacij quedā ſtatue auree ſite erant inter quas ſtabant plā
tani aurei in quaꝝ ramis ſedebant genera multarū auiū diſtinctarū
qualibet ſuo colore depicta q̄ eciā vngulas et roſtra habebāt aurea
et ad aures earū pendebāt margarite et oniones. Et quādo porus
rex volebat per artē mathematicā factū erat ꝙ cēs melodificabant
vnaquaqꝫ ſcd̄m ſuā naturā. Inuenit inſuper in ipſo palacio vaſa au
rea habundanter et candelabra necnō menſam triclinij totā auream
et thronū illius totū aureū et pauimentū copertū de p̄cioſis lapi-
dibꝰ continentibꝰ in ſe naturā duodecim lapidū. Inuenitqꝫ ibi vaſa
gēmea et criſtallina ex oī genere facta ad vtilitatē hoīm ꝑtinēcia.

¶ De regno feminaꝝ et de prima littera. quā miſit alexander
taliſtride regine amazonū.

DEinde āmoto exercitu venit ad portas caſpias et caſtrameta
tus eſt ibi. erat autē ipſa terra valde bona ſꝫ erat ibi diuerſa
genera ſerpentū et feraꝝ. Et ſtatim ſcripſit epiſtolā ad taliſtridam
reginā amazonū continentē ita. ¶ Rex regū alexander filius dei ha
monis et regine olympiadis taliſtride regine amazonum gaudium
Pugnam quam cum dario fecimus et quomō ſubiugauimus regna
eius credimus ꝙ vobis nō ſit incognitū et quēadmodū pugnauimꝰ
cū poro rege indorum et cepinius ciuitatem ſuā necnon cum alijs
pluribus gentibus que nullomodo nobis reſiſtere potuerunt. et hoc
eciam credimꝰ vobis nō eſſe incognitū. Quaꝓpter p̄cipimꝰ vobis
vt ꝑſonalit̄ nobis cenſum mittatis ſi vultis ꝙ nō veniamꝰ ſuꝑ vos
cū potencia noſtra et inferamus vobis aliqͦd malum. Accepta itaqꝫ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

taliſtrida regina hanc epiſtolam reſcripſit alexandro epiſtolam
continentem ita.

Epiſtola taliſtride regine ad alexandrū et quō dicta regina
erat ſola cū mulieribus ſine viris.

TAliſtrida regina amazonū cū ceteris amazonibꝰ potētiſſimis
atqꝫ forcioribus oībus militibus qui ſub celo ſunt. Alexādro
regi regū gaudiū. Scribimus et ſignamꝰ vobis vt anteq̄ꝫ venias
in finibus noſtris cogites quomō venias ne paciaris a nobis turpi
tudinē et anguſtiam q̄ꝫ a nullis paſſus es. Si vis ſcire habitacionē
et cōuerſacionē noſtrā ſignamus eas vobis per has litteras. Scias
quia habitacio nrā ē vltra quendā fluuiū in quadā inſula cingenſqꝫ
ipſe fluuius eam in gyro et neqꝫ iniciū neqꝫ finem habet. Ex vna
ꝑte habemus anguſtū ītroitū et ſumꝰ in numero habitāciū femine
ducente q̄tuordecim milia que nō ſumus inq̄nate a viris. Viri cōiu
gatarꝫ nullomō habitāt inter nos. ſed vltra fluuiū in alia parte et
per vnūquēqꝫ annū celebramꝰ feſtiuitatē iouis diebꝰ. xxx. et ſic trā
ſimus cōmiſceri cū noſtris hominibꝰ et ſumus cū illis alijs triginta
diebꝰ. Qui vult remanere in leticia cum vxore ſua tenet eam ꝑ vnā
annū. Qđ ſi mulier pariens genuerit maſculū tenet eum ſecum vſqꝫ
ad annos ſeptē. et poſt ſeptē ānos reddit eam patri ſuos. Si autem
femina parit filiā tenet eam ſecum et noſtris moribꝰ nutrit. Et qn̄
pugnature venimꝰ cū aliquo noſtro inimico ſumꝰ in numero decies
dena milia equitantes cū ſagittis. Alie vero cuſtodiūt inſulā noſtrā
et obuiamus inimicis noſtris vſqꝫ ad quoſdam montes. Viri autem
noſtri veniunt poſt nos et cum reuerſe cum victoria ſumꝰ de prelio
adorant nos. Et ſi qua ex nobis ceciderit vel fugerit de prelio ille
que ſuperuixerint auferunt ab ea hereditatem. Unde oportet nos
pugnare vobiſcum viriliter et oſtendere in vobis virtutem noſtrā.
Quia ſi nos vicerimꝰ nobis erit laus et vobis ignominia. ſed ſi vos
viceritis nullam habebitis laudem eo ꝙ feminas viceritis. Item ſi
auferre aliquid a nobis queritis nil inuenietis. Caue tibi itaqꝫ
imperator ne tibi cōtingat turpitudo a nobis quā a nullis paſſus es

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

Ecce ſignamꝰ tibi cōſuetudinē quā omni anno facimꝰ. Tu autē cō ſidera quid facere debes celeriter. Quia ſi pugnaturꝰ veneris ſcias quia ad ipſos montes exibimꝰ obuiā vobis. Relecta igit̃ alexād̄er epiſtola cepit ridere et reſcripſit eis epiſtolā.

¶ Epiſtola alexandri ad reginā amazonū ſecunda et quō regina cum aliis mulieribꝰ ſe ſubmiſerit alexandro.

Rex regū alexander filius dei hamonis regis taliſtride regine amazonū cū ceteris amazonibus gaudium. Tres partes huiꝰ mundi ſubiugauimus vobis. i. aſyam africā. et europā. et victorioſi contra illos fuimus. Si autē vobiſcum pugnamus turpido nobis ē. Sed tamen damus vobis conſiliū ꝙ ſi non vultus perire et dimittere terram veſtram nō exeatis obuiam nobis ad ipſos montes ſicut dixiſtis. Sed ſtate in inſulis veſtris et cum viris veſtris ante preſenciā noſtram veniatis. Juro enim vobis per hamonē patrē meum et per iuuonē. et per mineruā. deas noſtras quia nullum malū paciemini a nobis. Cenſum q̄tū vultis date et ſic in pace vos dimittā. Equites autē ex veſtris amazonibꝰ quantos vultis date nobis et honorifice eos recipiemus et dona optima faciemus latoribꝰ et dimittemus eos redire. Et quicquid exinde debetis facere conſiderate et ſcribite nobis. Jlle vero cogitantes direxerunt ei polletros indomitos optimos. x. et equos albos optimos. x. quoꝝ ſimiles nō reperiebantur. Et regina cum multis preſentauit ſe alexandro. Et facta pace redierunt ad ſua.

¶ De magna anguſtia et ſiti quas paſſus eſt alexander cū toto exercitu ſuo ab animalibus per partes indie.

Eodem tempore nunciatum eſt alexādro. qđ porus rex indoꝝ qui de prelio fugerat erat in bactrice et cōgregabat exercitū vt aliam pugnam cum alexandro cōmitteret. Quo audito alexander āmoto exercitu ſuo et electis. cl. ducibꝰ qui viā ſciebant ex menſe auguſti cepit ire per ardentiſſimū ſolem et per loca inaquoſa vbi erat multitudo ſerpentū feraꝝ beſtiaꝝ et beluaꝝ. Et ſtatim p̄cepit alexād̄er vt oīs populus armatus iret. Factūqꝫ ē. Et ibat exercitus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

totus armatus et reſplendebāt ad inſtar ſtellarum eo ꝙ omnia eoꝝ
arma vndiqꝫ erant deaurata et tota die ambulantes aquā nō inue
niebant. Tunc quidam miles ex macedonibꝰ cui nomē erat zephyr
inuenit paucā aquā in vna petra cauata q̇ ſtatī implens galeā ſuā
ex ea attulit alexādro. Videns autē alexander aquā ipſam cogitauit
ſapiēter qualiter exercitus ſuus cōfortaret᷑. et iuſſit ipſam aquam
effundi coram omnibꝰ. Videntes enī hoc milites ſui confortati ſunt
valde. Deinde ceperunt ire. Alio namqꝫ die venerunt ad fluuiū cuiꝰ
ripa plena erat ex calamis groſſis quaſi pinus eratqꝫ ripe altitudo
quaſi pedibꝰ ſexaginta. Tunc precepit alexāder auferri ipſam aquā
que guſtu amara erat quaſi elleboꝝ et macedones bibentes eam in
teriebant. Anguſtiabat᷑ itaqꝫ alexander et exercitꝰ totus nō tantū
pro ſeipſis quantū ꝓ multitudine beſtiarū q̄ deficiebant ex ſiti. Nā
ſecū habebat alexāder mille elephantes q̇ portabant aurum eius et
quadringentas quadrigas falcates et. m. cc. bigas. equites vero. c.
milia. camelos. mulos. dromedarios infinitā multitudinē portātes
ānonā regis et exercitus neceſſaria. Habebat eciam boues vaccas
pecudes porcos in inumerabili multitudine. In tantum erant diui
tes facti ipſi macedones ꝙ vix deferre ſecū poterant ſuum aurum.
Pecora vero illoꝝ non poterant ſe cōtinere pre nimia ſiti. Milites
vero eius alij lingebant ferrum. alij bibebant oleum. alij vero ne-
ceſſitate compulſi vrinam ſuam bibebant. Erat maxima eius an-
guſtia eo ꝙ erat ibi multitudo ſerpentū propter quod incedebant
omnes armati. Alexander vero anguſtiabatur nimis non tantū pro
ſe quantū pro ſuo exercitu.

IGitur alexander ſecutus eſt ripā dicti fluuij q̇ habebat amarā
aquā et ad octauam horā diei ꝑuenit cū ſuo exercitu ad quod
dā caſtellū ꝙ erat poſitū in ripa eiuſdem fluminis ab alia parte cō
ſtructū ex predictis calamis et erat latitudo ipſius fluuij q̄ſi ſtadia
quatuor et apparuerunt homines pauci in ipſo caſtello. Videns aūt
eos alexander iuſſit interrogare eos indica lingua vbi inueniretur
aqua dulcis. Illi vero ceperunt ſe abſcōdere. Alexāder vero p̄cepit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

iactari aliquãtas ſagittas ibidẽ et illi magis ac magis ſe abſcõdebãt. Videns alexander quia nullomõ volebãt ei loqui precepit vt aliq̃ti milites ingrederent̃ nudi in ipſo fluuio et irent ad ipſum caſtellum. Factumq; eſt vt ingreſſi ſunt in ipſo fluuio quidam audaces milites nudi euaginatis gladijs numero triginta ſeptẽ qui iã ꝑtem quartã fluuij natauerũt. Subitoq; ſurgentes belue ipſius fluuij q̃ dicunt̃ ypotauri deuorauerũt eos. Et ambulantes tota die fatigati ſũt ex ſiti eratq; ſuꝑ hoc eis anguſtia maxima quia occurrebant eis vrſi leones rinocerõtes tygres et pardi pugnãtes cum eis.

De anguſtia magna quã paſſus eſt alexander cũ ſuis militibꝰ a beſtijs mirabilibus.

Mirãteſq; ipſum fluuiũ ex alia parte circa. xlaz horã ꝑuenerũt ad ſtagnũ mellifluũ ac dulce et caſtrametati ſunt ibi. Erat latitudo et longitudo ipſius ſtagni ad tria miliaria. Deinde iuſſit alexander incidi ſiluã de predictis calamis qui erant ſtantes iuxta ſtagnũ. eratq; ſpacioſum ſtagnũ illud per vnũ miliare in quo ſpacio iuſſit alexander incendi focos plurimos. Cumq; luna lucere cepiſſet ſubito venire ceperunt ſcorpiones ad bibendũ de ipſo ſtagno. Poſt hoc venire ceperunt ſerpentes et dracones mire magnitudinis ex diuerſis coloribus et per totã illam terrã reſonabat ſibilus eoꝝ venienciũ ad bibẽdũ de ipſa aqua. Qui eciã habebãt criſtas in capite ferentes pectora erecta et ora apta quoꝝ flatꝰ mortalis erat et oculi eorũ ſtillabant venenũ. videntes enim eos exercitꝰ timore ꝑterriti extimabant ſe omnes mori.

Quõ alexander ſuos milites cõfortauit ne ĩ anguſtijs deficerẽt.

Tunc alexander cepit confortare eos dicens. O cõmilitones fortiſſimi nõ turbet̃ animꝰ veſter ſed ſicut me videritis facere ita facite. Et hoc dicens ſtatim accepit venabulũ et ſcutum et cepit pugnare cũ dictis draconibus et ſerpentibus qui ſuꝑ ipſis veniebãt et milites ſilĩa faciebant. Alij vero occidebant̃ armis alios igne cremabant. Sz tñ interfecti ſunt a draconibꝰ vigiti milites et trigita ſerui. Deinde exierunt ex ipſo arundineto cancri mire magnitudinis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

habentes dorſa duriſſima ſicut cocodrilli. Et iactantes ſuꝑ eos mili
tes lanceas ſuas nullomodo ꝑforabāt dorſa illoꝝ. Sed tamē multos
ex eis occiderūt igne. alij intrauerūt in ipſum ſtagnū. Jam venerat
quinta vigilia noctis et ſubito eis ſuꝑuenerūt albi leones maiores
thauris et cū magno rugitu cōcutientes ceruices ſuas fecerūt īpetū
in eos. Milites vero recipiētes eos ī venabulis ſuis occidebāt eos.

De beſtijs mirabilibꝰ et viris et mulieribꝰ.

Poſt hoc ceperunt venire porci mire magnitudinis habentes
dentes longos ad modū cubitus erātqꝫ mixti inter eos hoīes
agreſtes. ſ. maſculi et femine hn̄tes per ſingulos ſex manus et curre
bant ſuper eos cū porcis. Milites aūt recipientes eos ī venabulis
ſuis occidebant eos. Anguſtiatꝰ autē alexander plurimū cū exercitu
ſuo iuſſit accēdi focos plurimos circa ip̄m exercitū. Et ecce ſubito
ſuꝑuenit eis beſtia quedā mire magnitudinis forcior elephanto et
ſimilis caballo habens caput nigrū et tria cornua armata in frōte
cui nomen erat odentetyrampnꝰ ſcd̄m linguam indicam. que anteq̄
biberet de ſtagni aqua irruit ſuꝑ eos. Alexander vero diſcurrēs huc
atqꝫ illuc cōfortabat milites ſuos. Et irruēs beſtia ī exercitu occidit
hoīes. xxvi. et. xl. ex eis vulnerauit. Tādem mortua fuit ipſa beſtia
ex ꝑcuſſionibꝰ armatoꝝ. Deinde exierunt de dicto arundineto mures
maiores talpis qui cōmedebant mortuoꝝ corpora et quecūqꝫ aīalia
mordebant ſtatim moriebant᷑. Hominibꝰ vero nō nocebat morſus
illorū. Volabant ibidem eciam veſpertiliones maiores columbis ha
bentes dentes ſimiles dētibꝰ hominū qui ꝑcuciebāt et vulnerabāt
facies hominū aliquibus tollentes nares aliquibus aures. Appro-
pinquante autē luce venerunt aues magne ibidem tamq̄ vultures
color earum erat rubicundus pedes et roſtra nigra non tamen no-
cuerunt eis ſed impleuerunt totam ripam ipſius ſtangni. et ceperūt
exinde piſces et anguillas cōmedētes eas coram omnibꝰ.

Quō alexander dimiſit loca ꝑiculoſa et iuit ad ſeres.

Deide āmoto exercitu dimiſerūt loca ꝑiculoſa et venerūt ī loca
campeſtria et ſpacioſa in q̇bꝰ habitant homines pleni auro

et argento et aliȷ̄s diuiciȷ̄s. Homines ipſius terre benigniſſime re
ceperunt alexandrū et ſuos et multa dona dederunt alexādro et ex
ercitui ſuo et manſerunt ibi per .xx. dies. Inueneruntqꝫ gentes que
nominant̄ ſeres. Erant eciā ibi arbores quaꝝ folia erant vt lana ꝗ
ipſe gentes colligebant et veſtimenta ſibi exinde feciebāt. Milites
vero alexādri ceperunt ire audaci aīo propter victorias et ꝓſpera
que habuerant de ipſis terris.

¶ De ſecunda pugna pori et de morte ipſius pori.

Et exinde āmoto exercitu alexander venit in loco vbi porus
cū ſuo ſedebat exercitu. Altero aūt die ordinate ſunt vtriqꝫ
acies in cāpo alexander cum ſuis. et porus cū ſuis. Alexander vero
ſedens ſuper caballū ſuum qui dicebat̄ bucephalus et facto īpetu
ſtetit ante omnes ſuos et ſtatim ſonuerunt tubas bellicas ꝑ partes
et cōmixte ſunt vtriqꝫ hoſtes et ceperunt acriter pugnare inter ſe et
intficiebat̄ ex vtriſqꝫ maxima pars. Videns autē porus ſuos ī bello
deficere ſtetit ante omnes et eleuata voce dixit ad alexandrū. Non
decet imperatorē ſic inuacuū ſuū perdere populū. ſed oportet ſemet
ipſum oſtendere virtutē ſuā. Sit igitur populus tuus in vna parte
et meus in altera et ego et tu ſoli pugnemus manu ad manū. Et ſi
viceris me populus meus ſit tuus. ſi vero econtra in manibus meis
defeceris. populus tuus michi cōputet̄. Hoc proinde dixit porus ꝗa
vilipendebat corpus alexandri propter paruitatē forme eius eo ꝙ
ſtatura puſillus erat non habens in longitudine niſi tria cubita et
confidens in altitudine corporis ſui que habebat cubitus quinqꝫ
factūqꝫ eſt ꝙ vtriqꝫ hoſtes ſeperati ſunt ab inuicem et pugnauerūt
ambo. Cumqꝫ vidiſſent milites pori dn̄m ſuum decliare ab ictibus
vociferare ceperūt. Porus vero ad vociferacionē ſuorū tergauerſꝰ
voluit arripere fugā ſed alexander impetum faciens in eū percuci
enſqꝫ caput eius gladio extinxit eū. Indi vero videntes hoc ceperūt
acriter pugnare cum macedonibus cupientes vindicare dn̄m ſuum
Quibus alexander dixit. Miſeri poſt mortē veſtri regis quid pug
natis? Cui indi dixerūt. Melius ē nobis pugnare viriliter et mori

in bello q̄ꝑ videre deſolacionem gentis noſtre ac depredacionē terre noſtre. Quib⁹ alexander dixit. Ceſſet nūc pugna veſtra et ite liberi et ſecuri in domibus vr̄is quia nullā a nobis paciemini iniuriam eo ꝙ non preſumpſiſtis pugnare mecum niſi ſolus rex veſter. Hoc autē dicente alexandro omnes indi eiectis armis ceperunt laudare alexādrū et benedicere q̄ſi deū. Alexāder vero caſtrametat⁹ eſt ibi et fecit dn̄s ſuis victimas. Et p̄cepit vt ſepelirent om̄s qui in ipſo p̄lio īterfecti erāt et iuſſit etiā ip̄m porū regē honorifice ſepeliri.

¶ Quō alexand̄ iuit ad hoīes oxidrates q̄ gignoſophiſte noīant̄.

Et congregato magno exercitu alexāder p̄uenit ad oxidrates qui non ſunt ſuperbi homines non pugnant cū aliqua gente nudi ambulant in tugurijs et in ſpeluncis et nō habent ciuitatem neq̧ habitacionē et dicūt̄ gignoſophiſte. Cū autē audiſſet rex gētis iſtius aduentū alexādri miſit ad eum epiſtolā continentē ita.

¶ De littera quā miſerūt oxidrates ad alexandrū et de vita eoꝝ.

Corruptibiles gignoſophiſte alexādro homini ſcribimus. Audiuimus ꝙ venias ſuper nos. Quod ſi pugnaturus veneris nichil lucri acquires. Quia ꝙ extorq̄re vel auferre a nobis cupis non inuenit̄. Et ꝙ natura nobis dat nō poteſt a nobis auferri niſi quantū diuina prouidencia concedit̄. vnde ſi pugnaturus veneris noſtrā ſimplicitatē nullaten⁹ dimittem⁹. Relecta igit̄ alexāder ep̄la mandauit illis dicendo et nos pacifice venimus ad vos. Ingreſſus igit̄ alexander ad eos et videns illos ambulare nudos et habitare in abditis et tugurijs et in ſpelūcis et vxores eoꝝ et filios ſeꝑatos ab illis. At illi oſtendentes ei tuguria et ſpeluncas in quibus habitabant dixerunt ad eum. Unus cubitus ſufficit vnicuiq̧ noſtrum. Poſt hoc dixit alexander. Petite quod vultis et dabo vobis. Qui dixerunt. Da nobis immortalitatem. Quibus alexander reſpondit. Cum ſim mortalis quomodo poſſum vobis imortalitatem dare. At illi dixerūt. Si mortalis es quare vadis tot et tanta mala operādo Quibus ille reſpondit. Iſta namq̧ cauſa non gubernatur niſi a ſupna prouidencia. Omnes miniſtri eius ſum⁹ eius iuſſionē facientes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

31

Sciatis quia mare nō turbatur niſi ventus in eo validus ingrediat̄
volo namq; quieſcere et diſcedere a prelijs. ſed dn̄s ſenſus mei non
me permittit facere hoc. Si autē omnes eſſem⁹ vnius intelligencie
tot⁹ hic mūdus vna via incederet. Et hoc dicēs dimiſit eos illeſos.

De mulierib⁹ ſedentib⁹ in equis.

Alio itaq; die āmoto exercitu puenit alexander ad locum vbi
erant due ſtatue q̄s poſuerat ibi hercules vna aurea et alia
argentea habētes longitudinē pedū. xij. et latitudinē duoꝝ cubitoꝝ
Et videns eas alexander iuſſit perforari vt videret ſi eſſent fuſilles
Cūq; pforate fuiſſent et inuente fuſilles p̄cepit claudi foramē illaꝝ
relinquens ibi aureos. m. quingentos. Et inde āmoto exercitu in
greſſus ē locū deſertū frigidū atq; obſcurū in tantū vt vix agnoſce
bantur inter ſe milites. Deinde ambulantes ſeptem dieb⁹ venerunt
ad fluuiū calidū īuenerūtq; vltra ipſum fluuiū mulieres ſpecioſas
nimis habitantes ibi indutas horridis veſtimentis et ſedentes in
equis tenentes in manu arma argentea eo q꧑ ferramenta nec ferrū
non haberent neq; maſculi cum illis habitabāt. Cumq; tranſire vo
luiſſet alexander ipſum fluuiū minime potuit quia latitudo ipſius
erat magna necnō plenus draconib⁹ magnis et beluis.

De pugna cum elephantis.

Deinde girātes a ſiniſtra pte indie ingreſſi ſunt in q̄ndā paludē
ſiccam plenā ex arūdinibus. Per quam cum vellet alexander
tranſire cum ſuo exercitu cōtinuo exijt vna beſtia ſimilis ypotauro
pectus hn̄s ſicut cocodrillus et fortiſſimos pilos ſicut ſerra ī dorſo
in acceſſu vero tarda vt teſtudo que ſtatim duos milites occidit de
exercitu. Milites autē nō valentes eā cū lanceis tranſforare tandē
cum malleis ferreis occiderunt illam. Et deambulantes venerunt ad
vltimā ſiluā indie et caſtrametat⁹ eſt ibi iuxta fluuiū buemā. Circa
vero vndecimā horā ceperūt de illis ſiluis multitudo elephantoꝝ
uenire ſuper eos et ſtatim alexander aſcendit in caballū ſuū buce-
phalū et cepit ire contra eos. Et precepit macedonib⁹ ut aſcēderet
ſup equos ſuos et ducerent ſecū porcos contra elephantes. Factūq;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

eſt ita. Et videntes eos elephantes ceperunt tendere promuſcides ſuas vt caperēt eos. Macedones vero videntes eos timore pterriti nullomodo ibant ſuper eos. quib9 alexāder dixit. Viri cōmilitones fortiſſimi nolite turbare quia poſſum9 hos elephātes vincere ſi nō ceſſauerint ſtridere porci. Factumq3 eſt vt elephātes audito ſtridore porcoꝝ et ſonitu bucinarum ſtupefacti fugerent. Alexander vero et milites ei9 pſequebant eos cū venabulis et enſib9 ſubneruabāt eos Et multos ex eis occidentes abſtulerunt dentes eorū et reuerſi ſunt ad caſtra.

De mulierib9 barbatis habitantes in ſiluis.

Alio namq3 die āmoto exercitu cepit ire per ipſas ſiluas indie et inuinerūt mulieres ibi habētes barbas vſq3 ad mamillas et caput planū pellibus indutas. Quas inſequentes apprehenderūt ex eis aliquantas. Quas cum vidiſſet alexander iuſſit illas interrogari indica lingua quomō viuerent in ſiluis. que reſponderūt. Ex venacione feraꝝ viuim9 quas in ſiluis capim9 venando.

De hominib9 et mulierib9 nudis quoꝝ natura erant ſtare in aquis et in terra.

Deinde exierunt in campum patentem. vnde dictus fluuius veniebat inueneruntq3 ibi mares et feminas nudas habentes corpus totum piloſum ſicut beſtie quarū cōſuetudo erat in flumine vt in terra habitare. Cum iſti vidiſſent exercitum alexandri ſtatim in flumen ſe ſubmerſerunt. Deinde ingreſſi ſunt in ſiluam plenam kynocephalis qui videntes exercitū impetum fecerunt contra eum. Alexander vero et milites ſui cū ſagittis īterfecerūt ex eis maximā partē et reſidui diſperſi per ſiluas fugere ceperunt. Et inde ambulantes venerunt in campū deſertum et caſtrametati ſunt ibi. Circa autem vndecimā horā tanta virtus euri flare cepit q omnes papiliones et tentoria ipſius exercitus in terra deiciebat. Vnde facta eſt maxima perturbacio in ipſo loco. Auferebat vētus ille fauillas et ticiones de focis accenſis et ferendo illos per caſtra incendebant ea Tunc omnes populi murmurātes ceperunt dicere intra ſe quia per iram deoꝝ hoc acciderit. Alexāder autē cepit cōfortare eos dicens

O cõmilitones fortiſſimi nolite terreri. Non eni̅ hoc accidit ira deoꝝ ſed propter equinoxium antumpnale. Sedato vento illo ceperunt milites recolligere omnia diſperſa a vento.

De niue magna vt lana et faculis ardentib⁹ cadentib⁹ de celo.

Et inde ãmoto exercitu venerunt in quandã vallem maximã vbi cadebãt niues tanꝙ lana magna. Sed anteꝙ ingrederet̃ alexander in ipſa valle inuenit vnũ de militib⁹ ſuis etate confectũ in itinere nimiſqꝫ a niue oppreſſum. Statimqꝫ deſcendit et eleuans eum ad caſtra adduxit. Et calefaciens eum refecit. Tunc precepit alexãder accẽdi focos plimos quia frig⁹ magis ac magis creſcebat Ceperuntqꝫ cadere niues maiores ꝙ lane pecudum quas alexander calcari pedibus iuſſit. Adiuuabant inſuper eos multũ ignes quos accenſos habebant. Sed tamen mortui ſunt ex ipſa niue quingenti milites. quos alexander iuſſit ſepelire. Sed ſubito ſuꝑuenit pluuia maxima q̃ ſalus illoꝝ et liquefactio nimis fuit. Poſtmodũ ſuꝑuenit nubes maxĩa et obſcura ſub qua ſine claro ſole ꝑ tres dies fuerunt eo ꝙ ſuꝑ eis pendebat et poſt triduũ cadere ceperunt de celo facule ardẽtes quaꝝ incendio oĩa tentoria cõburebant̃. Et ſtatĩ alexãder faciens dĩjs ſuis victimas et orans eos ſerenitas de celo reddita eſt

De bragmãnis et quõ alexander venit ad eos.

Et exinde ãmotu exercitu venit ad fluuium magnum gazen et caſtrametatus eſt ibi. Et reſpicientes vltra ipſum fluuium viderũt duos vel tres homines q̊s iuſſit interrogari alexander indica lingua qui eſſent. At illi dixerunt. Bragmãni ſumus. Alexander em̃ habuerat maximũ deſideriũ loqui cum bragmãnis. ſed tranſire non poterat fluuium cũ exercitu excepto menſe iulij et auguſto eo ꝙ oĩ tempore apparebant ibi ypotauri multi et ſcorpiones et cocodrilli exceptis predictis menſibus. Neſcit̃ qua de cauſa hijs mẽſibus ibidẽ nõ appareãt. Cũqꝫ vidiſſet alexander quia nullomõ tranſire poterat ipſum fluuiũ rogauit vnũ ex bragmãnis vt veniret ad ſe. Qui ſtatĩ cum parua nauicula nauigans venit ad eum. Cui dedit alexander quandã epiſtolã vt portaret ad regẽ bragmãnoꝝ continentem ita.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

Epiſtola alexandri ad didimū

Rex regū alexander filius dei regis hamonis et regine olym
piadis didimo regi bragmānoꝝ gaudiū. Audiuimus enī plu
ries ꝙ vita vrā et mores veſtri multū ſunt ſeparati ab aliȷs hoibꝰ
eciā vt nullū adiutoriū queratis neqꝫ de terra neqꝫ de mari ꝙ nūꝗ
credimus. Sed ſi hoc verum eſt multū eſtis mirabiles homines in
virtute et ſapiencia. Unde per has litteras vos rogando mandamꝰ
vt ſi verū eſt hoc nūcietis nobis. et ſapienter facitis. et poteſt fieri
vt ego ſequar talem vitā qualis veſtra eſt. quia ſemper ab infācia
mea ſtudiū habui diſcendi. Sic eteni docemur a veſtris doctoribꝰ
ꝙ vita noſtra irreprehēſibilis ſit ab omnibꝰ viuentibꝰ. Sed quia
audiuimꝰ de vobis ꝙ ſupra ſapienciā quā didiciſtis a veſtris docto
ribus aliā obſeruatis doctrinā. Ideo vos iterū valde rogo vt ſine
aliqua tarditate hoc nobis dicendo mandetis. quia nullū dampnū
vobis exinde eueniet et nobis forſitan aliquid vtilitatis exinde ac
creſcet. Quia bonū et utile eſſe dinoſcit homo cōe habere cū altero
hoie quia nullū dampnū eſt homini ſua bonitas alteri demōſtrari
Nam ſicut habens faculā accenſam in manu accendit plures faculas
ita ꝙ ſua facula lumen non amittit ſic eciam de bonitate hominis
ſemper cōtingit. Unde iterum atqꝫ iterum uos ualde rogando man
damꝰ ut ſine aliqua tarditate hoc nobis īnoteſcatis. Recepta itaqꝫ
didimus epiſtolā legit illā et ſtatim ſcripſit epiſtolā cōtinentē ita.

Epiſtola regis bragmānorum.

Didimus bragmānoꝝ didaſculus alexandro regi regū gaudiū
Cognouimꝰ per tuas litteras ꝙ ſcire deſideras quid ſit pfecta
ſapiencia que melius eſt omni re. Quia imperator qui neſcit ſapien
ciam non dominat ſubiectis. ſed ſubiecti dominantur illum. Tamen
īpoſſibile nobis videt ꝙ vos poſſetis tenere vitā et mores noſtros
quia noſtra doctrina plurimū a veſtra diſcordat. Quia nos deos nō
colimꝰ ſicut vos. neqꝫ uitā quā uos tenetis tenēꝰ. Deīn ſi uoluiſſē
tibi ſcribere uitam et conſuetudinē noſtrā non eſſet aliud niſi tēpꝰ
perdere eo qḋ non tantū nō poteris imitari vitam noſtram ſed nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

quidem tẽpus habendi legendi ſcripta noſtra cũ ſis mõ occupatus
in cauſis belloꝝ. Nos enĩ bragmãni ſimplicẽ et purã vitã ducimꝰ
Nulla peccata facimus et nolumꝰ plus habere niſi quantũ racio ẽ
noſtre nature. Omnia patimur et ſuſtinemus. Et illud dicimus eſſe
neceſſariũ ꝙ nõ eſt ſuper fluuiũ. Apud nos licitũ non eſt arare et
vomere campũ et terrã ſeminare boues ad carrũ iũgere et recia in
mari mittere aut venacionẽ facere ſiue de quadrupedibꝰ ſiue de vo
latilibꝰ ad habundanciã enĩ annonã habemus. Nullã autẽ annonã
querimꝰ ad manducandũ niſi quã mater terra producit ſine hoĩs
labore. De talibꝰ cibis implemus menſas noſtras qui nobis nõ no
ceant. Et eciã de ipſis cibis nõ implemus multũ ventrẽ noſtrũ qꝛ
illicita eſt apud nos ventris extenſio. Et proinde ſumus abſqꝫ egri
tudine et dum viuimus ſemper ſanitatẽ habemꝰ. Nullã medicinã
nobis facimus et nullũ adiutoriũ querimus pro ſanitate noſtrorũ
corpoꝝ. Sed tm̃ termino vno mortis noſtrã vitã finimꝰ. Quia nõ
viuit vnus plus alio et ſcd̃m ordinẽ mortalitatis vnuſquiſqꝫ termi
no mortis ſuccedit. Aliquis autem ex nobis non indiget calefacere
igni propter frigus. Nullũ dolorẽ corpora noſtra ſenciunt et ſtamꝰ
nudo corpore ſemper contra ventũ deſideria corporis non facimus
ſed omnia per pacienciã ſupportamꝰ. Tu aũt imperator oĩa vincis
ſed iſtos inimicos quos intra corpus tuũ habes ſi fortis es vince.
Et ſi iſtos occideris quos intra corpus tuũ habes iam forciores ini
micos habere nõ poteris. ſed ꝓpter hãc cauſam pugnas cũ iĩmicis
quos foris habes vt nutrias illos inimicos qui intra te ſunt. Nos
deniqꝫ bragmãni omnes iĩmicos quos ĩ corpore habemus occidimꝰ
et ideo inimicos quos foris habemꝰ nõ timemus nec in adiutoriũ
contra illos quemq̃ inuocamꝰ neqꝫ de mari neqꝫ de terra ſed ſecuri
ſine timore viuimus. Corpora noſtra de frondibꝰ arboꝝ cooperta
habemus fructus eaꝝ comedimꝰ. lac manducamꝰ. aquã de rabulneo
flumine bibimꝰ. laudes deo ſemper canimus. et deſideramꝰ vitam fu
turi ſeculi. nõ deſideramus audire cauſas que ad vtilitatẽ non per
tinent. Non multũ loquimur. verũtamẽ quãdo loq̃mur non dicimꝰ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

niſi veritatem et ſtatim tacemus. Diuicias non diligimus quia cu
piditas inſaciabilis cauſa eſt que ſolet ad paupertatē reducere ho-
mines cum non poſſit finem acquirēdi facere. Nulla inuidia inter
nos eſt nullus inter nos forcior altero et cum paupertate quā ha-
bemus diuites ſumus quia cōmunis eſt paupertas. Nobis litem nō
facimꝰ. arma non apprehendimus per conſuetudinē habemꝰ pacem
non per virtutem. Judicia non habemus. quia malum non facimꝰ
vnde ad iudicia ire debeamus. Vna lex eſt contraria noſtre nature
quia nullam miſericordiā habemus vel facimus. quia non facimus
cauſas. vnde miſericordiā requirere debeamus. culpas dimittimus
vt per eas dimittat deus peccata noſtra. Nec damus diuicias nrās
pro peccatis noſtris ſicuti vos datis. nullum laborem facimus qui
ad auariciā pertineat. membra noſtra libidini non tradimꝰ. adulte
ria nulla cōmittimꝰ nec aliqꝺ vicium facimꝰ vnde ad penteniciā
ire debeamꝰ ſicut vos qui mala facitis et per penitenciā lauamini
Sic loquimini intra vos contra ipſa mala que facitis ſicut contra
inimicos ſoletis loqui. De factis nichil querimus quia omnia recta
facimus. Subitaneā mortem non patimur per ſordida facta aerem
non corrūpimus nullum veſtimentum variꝫs coloribus tingimus.
femine noſtre non ornantur vt magis nobis placeant nec ipſum or
namentū pro pulchritudine cōputant quia nolunt eſſe pulchriores
pro ornamentis ſed tantum in ea natura in qua ſunt eſſe volunt.
Nam quis poteſt mutare opꝰ nature. Qꝺ ſi quis mutat criminoſus
eſt. Balnea non facimus nec aquam calidam ad lauandum corpora
noſtra preparamus ſed calorē ſolis accipimus et de rore īfundimur
nullum hominē in ſeruicio habemus nō dominamur ſuper homines
qui ſunt noſtri ſimiles nam crudelitas maxima ē opprimere hominē
ad ſeruiciū quē nobis natura in fratrē dedit qui eciā ab vno patre
celeſti creatus eſt ſicut et nos ſumus. Petram in calcem non reſol-
uimus ad edificandum nobis domos habitatorias. neqꝫ paſcua de
terra facimus. In cauernis autē et ſpeluncis moncium habitamus
vbi nullus ſonus ventorum auditur et vbi nulla pluuia timetur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

Jn terra dormimus abſqꝫ omni ſollicitudine. Nos enī tales domus habemꝰ in quibꝰ dū viuimꝰ habitamꝰ et dū morimur habemꝰ eas pro ſepulchris. nos autē ad negociandū ꝑ mare nō imus vbi multa ꝑicula ſuſtineamꝰ. quia q̄ illuc nauigāt multa mirabilia cognoſcūt nos autē nō diſcimꝰ vt bene loquamur. ſed per ſimplicitatē omnia dicimꝰ que numq̄ꝫ permittit nos mentiri. Scolas philoſophoꝝ nō frequentamus in quorum doctrina diſcordia eſt. et nichil certū aut ſtabilē ſed ſemꝑ mendacia proferunť. Sed illas ſcolas frequētamꝰ in quibus bonā naturā diſcimus et que demonſtrat nobis hoc ꝙ in ſcripturis oſtendiť et que eciā nō docēt nos aliquē ledere ſed ſcd̄m veram iuſticiā iuuare docent et nō diſcimus in eis cauſam q̄ nobis triſticiā aliquā prebeat. Ludum nullum amamus et ſi ſcire volumꝰ aliqđ ad ludū pertinens. legimus facta ꝑ̄decessorū noſtrorū et cum debemus ridere et gratulari incipimus flere et triſtari. Tn̄ ridemus cū aliqua videmus in quibus delectamur et que āmiramur valde et hoc eſt celum optime reſplendere ſtellas et ſolem rubicundū in ſuo curſu radijs eius illuminare totū mūdū. Videmꝰ eciā lucere ꝑ noctē lunā in ipſum celum poſitā creſcentem et decreſcentē in ſuo lumine Et tonitrua atqꝫ fulgura et alia mirabilia que nobis continuo non nocent. Videmꝰ ſemper mare in colore purpureo eſſe et qn̄ tēpeſtas in illud ſurgit non diſſipat vicinā terrā noſtrā ſicut in veſtris ꝑtibꝰ facit. ſed amplectiť eam ſicut ſororē ſuam et ibi cotidie videmus natare genera piſciū et ſaltum dare et ludere delphinos necnō delectamur videre florētes campos de quibus in noſtris naribꝰ ſuauiſſimꝰ odor aſcendit vn̄ oculi noſtri delectanť videndo et repleť corꝑa noſtra omni bonitate. Similiter delectamur ī optimis locis ſiluarū et foncium et pratoꝝ virenciū vbi audimus cantilenas diuerſas et videmꝰ diuerſas varietates auiū. Hanc āmiracionē ſemꝑ habemus et noſtra natura hāc cōſuetudinē q̄rit. Vn̄ credimus hoc imperator q̊niam ſi has tenere volueris dura tibi eſſe videbūť. Si autē ipſas tenere non vultis noſtra culpa nō eſt. quia omnia vn̄ nos rogando mādaſtis ꝑ has litteras vobis dirigimꝰ. Sed tamē ſi vobis placet

dicimꝰ aliquātulū de veſtra doctrina eo ꝙ noſtra vobis dura videt̄
Vos deniqꝫ aſiam et europam et affricā ī paruo tempore cōcludere
dicitis. Vos lumē ſolis deficere dicitis dū curſus ſui ēminos armis
exq̄ritis. vos pactoli atqꝫ herimi fluuios ſplendidos auro fulgētes
a colore cōſueto extraneos reddidiſtis vos nylum fluuiū bibendo
a ſuo curſu minuiſtis vos demōſtraſtis horribilē occeanū nauigare
hominē vos eciā manducantes multū ieiuni ſemper remanetis. vos
interficitis in ſacrificio filios veſtros. vos facitis adulterare mrēs
veſtras. vos mittitis diſcordias inter reges et principes. Qui ſunt
humiles eciam per vos ſuperbi facti ſunt. vos ſuadetis hominibus
vt nequāꝙ̄ ſufficiant eis terrarū ſpacia. ſed celi querere habitacula
prouocatis. Nō poteſtis teſtimoniū accipere a deo ioue et ꝓſerpina
veſtra quā colitis quia illa multos viros ſecum cōcubere facit. vos
homines nō dimittitis viuere in ſua libertate ſed pro ſeruis illos
habetis. Vos recta iudicia non iudicatis. iuſtos condempnantes et
impios iuſtificantes vos facitis mutare leges per veſtros iudices
Vos dicitis multa que debent fieri q̄ non facitis. vos aliū ſapientē
non tenetis niſi qui facundiam habet loq̄ndi. omnem ſenſum vrm̄
in lingua veſtra habetis et tota veſtra ſapiencia in ore vrō cōſiſtic
et q̄uis poteſtatem habeatis in lingua vrā loquendi multo tamen
meliores ſunt illi qui bene tacere ſciunt. Vos aurū et argentū col
ligitis et deſideratis habere magnas domos et multos ſeruos et tm̄
non plus manducatis et bibitis ꝙ̄ manducat et bibit alter homo
Omnia tenere vultis et omnia tenēt vos vt ſeruos. Sola ſapiēcia
bragmānoꝝ vincit vos in omnibꝰ. Quia ſi bene cōſideratis omnia
illa mater vos genuit que et lapides et arbores procreauit. Vos
ornatis ſepulchra veſtra et in vaſ̄ gemmarum cineres veſtros re-
conditis. quid enim peius poteſt eſſe ꝙ̄ oſſa que terra recipere de
bet incendere? Vos ea incenditis et non dimittitis vt in ſinu ſuo
recipiat terra que genuit. ideo delectabilem ſepulturā miſeris homi-
nibus tollitis. Dicant homines quale meritum veſtris amatoribꝰ
poſt mortē redditis. Nos in honorem deoꝝ pecudes non occidimꝰ

neq; templū facimus vbi ſtatuā aureā vel argenteā ponam⁹ de qua
licumq; deo ſicut vos facitis. neq; altaria de auro et gēmis facim⁹
fieri. Vos enī talē habetis conſuetudinē vt de omnib⁹ bonis veſtris
honoretis deos vrōs vt exaudire vos debeāt. Nos īelligim⁹ ꝙ de⁹
nec precio nec pro ſanguine vituli neq; pro ſanguine hyrci aut ari
etis exaudiat aliquē deprecātē niſi per bona opera que deus diligit
et per verba oracionis deus exaudiuit deprecantē hominē quia de
verbo tm̄modo exaudit homo quia ſimilis eſt deo. Nam de⁹ verbū
eſt et verbū iſtud mundū creauit et per hoc verbū omnia viuunt.
Nos autē hoc verbū colim⁹ hoc audim⁹ hoc amam⁹. Nam et deus
ſpiritus et mens eſt et ideo non amat aliud niſi mundā mentē. Qua
propter nimiū vos eſſe inſipientes dicimus eo ꝙ natura veſtra ce-
leſtis ſit et cū deo habeat cōmunitatē. et ſorditatis illā adulterijs
et fornicacionibus et ſeruitute ydolorum. Vos iſtas cauſas amatis
ſcilicet adulteria et fornicaciones et facitis quecūq; vultis facere
et dum viuitis mundi non eſtis. et poſt mortem exinde tormenta
ſuſtinetis. Vos deniq; ſperatis deum habere propicium pro carne
et ſanguine quem offertis illi. Vos non ſeruitis ad vnum deum ſo
lum qui ſolus regnat in celo ſed ad multos deos. Vos tātos deos
colitis quanta membra habetis in corpore. Nam hominem dicitis
eſſe mundū paruū et ſicut corpus hominis habet multa mēbra et
diuerſa ita dicitis diuerſos deos in celo cōſiſtere. Et ſicut vnāq̄ꝙ;
partē corporis diuiſam habetis p ſigna propria ſic ſingulis victi-
mas occiditis et nomina exquiſita illis donatis ſacrificantes eis.
Minerua eo ꝙ fuit inuentrix malorū operū dicitis de capite iouis
natam et tenere ſapienciā. Proinde dicitis eam tenere ſummitatem
capitis. Junonē eo ꝙ fuit plen⁹ iracūdia dicitis eſſe deū diſcordie.
Martem eo ꝙ fuit preſes bellorū dicitis eſſe deum pectoris. Mer
curiū eo ꝙ multum loquebatur dicitis eſſe deū lingue. Herculē eo
ꝙ duodecim mirabiles virtutes fecit dicitis eſſe deū brachiorum.
Bachū eo ꝙ fuit inuētor ebrietatis dicitis eſſe deū gutturis et ſic
ſtare ſupra guttur ſicut ſtaret ſupra cellaria vino plena. Cupidinē

eo ꝙ fuit fornicator dicitis tenere facem ardentem faculam cū qua accēdebat libidinē. vnde dicitis eſſe deū iecoris vbi habitat maxīa pars ignis corporis. Venerem eo ꝙ fuit mater luxurie dicitis eſſe deam membrorū genitaliū. Totum enim corpus hominis diuiditis inter deos nullāqꝫ partē corporis veſtre poteſtati relinquitis et nō agnoſcitis quia corpora veſtra vnus deus qui in celis eſt creauit. Verumtamen nec graciā exinde vobis reddunt dij veſtri ſicut liberis hominibꝰ ſed ſicut colonis et ſubiectis. Imponūt vobis tributū quia eis diuerſa tributa a vobis offeruntur. Marti offertis aprū. bacho offertis yrcum. iunoni pauonē. ioui taurum. apollini cygnū. Veneri columbā. minerue noctuā. cereti farra. mercurio mella. herculi altaria ex frondibꝰ arboris ornatis. Et ſi neceſſitas vobis euenerit nō queritis cōmune ſacrificiū nec coīa templa ſed vnuſquiſqꝫ vnū deū propriū aſſequitur. vnuſquiſqꝫ autem deus de hijs quos colitis. ſiue auem ſiue frumenta ſiue quadrupem ſiue aliā quācumqꝫ cauſam conſecratā habet. In illis eſt ergo poteſtas ipſorum non in corpore veſtro. Et quō dicitis illos deos habere poteſtatē in corpe veſtro qui non habent poteſtatē in animalibꝰ que offeruntur eis. Certe īdigna vota dijs veſtris offertis et digna tormēta pꝰ mortē ſuſtinetis propter ueſtros errores. Reuera non rogatis adiutores ſed carnifices qui membra veſtra per diuerſa tormenta diuidunt. Neceſſe ē enī corporibꝰ ueſtris tāta ſuſtinere tormēta quātos deos dicitis habere poteſtatē in corporibꝰ ueſtris. Vnus deus facit vos fornicari. alter manducare alter bibere alter litigare. Omnes vobis imperant et vos omnibus ſeruitis. Et rectum eſt vt vos ſeruiatis tantis dijs ꝓ tantis malis que facitis et quia non vultis ceſſare a malis ideo ſeruitis talibꝰ dijs qui uobis imperant mala facere. Si vero exaudierint vos dij vr̄i de hijs que poſtulatis ab eis dampna faciunt in anima veſtra quia nō rogatis illos niſi de malo. Si autē vos non exaudierint erunt vobis cōtrarij dij veſtri. ergo ſi vos exaudierint ſiue non ſemper nocent vobis. Ille autem dee veſtre que furie dicunt̄ peccata hominū per furorem poſt mortem vindicant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

36

Hec ſunt illa tormēta que doctores veſtri dixerunt vobis que vos vel mortuos veſtros in illo ſeculo cruciant. Eteni ſi bene vultis cō ſiderare nullam peiorē cauſam poteſt aliquis in inferno ſuſtinere q̄ꝫ illā quā vos modo ſuſtinetis. Et quāta ſimulacra dicunt doctores veſtri eſſe in infernū tanta ibidem vos tormenta ſuſtinere oportet Nūc eciā penā patimini quia vigilatis propter cōmittēda pccā .ſ. adulteria et fornicaciones furta et hijs ſimilia. Dicit͛ autē a docto ribus veſtris ꝙ ſit infernus et tartarus qui ſemper ſitit et nūq̄ꝫ ſaciatur. et vos tartareā cupiditatē habetis acquirendi et nullomō ſaciamini. Dicunt enī cerberū eſſe in inferno qui habet tria capita et nūq̄ꝫ ſaciat͛ et ventrē veſtrū ſi cōſpicere vultis ſimilis ē cerbero quia manducādo et bibēdo minime ſaciat͛. Dicunt ſimiliter qđ oīa alia que ſunt in inferno ſi cōſiderare vultis ſunt ꝓ veſtris tormētis ordinata. Heu vos miſeri q̄ talia īnumerabilia poſt mortē tormēta ſuſtinere debetis. Recepta itaqꝫ alexander hac epiſtola irat⁹ ē valde propter iniuriam deorum ſuorum quā ipſa epiſtola continebat. ſed tamen ſcripſit ei epiſtolā continentē ita.

¶ Epiſtola alexandri ad didimū regē bragmānoꝝ ſecunda.

Rex regum alexander fili⁹ dei regis hamonis et regine olympi adis didimo bragmānoꝝ regi dicendo mandam⁹. Si vera ſūt omnia que vos dicitis ergo ſoli vos eſtis in mundo boni homines eo ꝙ nulla mala facitis vt dicitis quia nō habetis in cōſuetudine facere ea que humana natura facere ſolet. Qđ dicitis peccatum eſſe omne ꝙ nos facim⁹ et qđ diuerſas artes quas facim⁹ peccata eſſe denunciatis et vultis deſtruere omnes conſuetudines quas humana natura hactenus habuit. Sed pro certo ſciatis qđ hui⁹modi vitam veſtrā nō ex virtute ſed ex cōſuetudine cōtinetis. Quia ſcđm veſtrā conſideracionem deos uos eſſe dicitis ergo aut inuidiam contra eos habetis qđ iſta dicitis. Tamen non ꝑtermittā uobis ſcribere aliq̄ de ordine uite ueſtre que de ueſtre ſcriptura poſſumus conſiderare. Dicitis enim quia non habetis conſuetudinē arare terrā et ſeminare nec uites ponere aut edificia pulchra facere. In h̄ igit͛ maīfeſtatis

quia ferrum nō habetis cum quo laboretis vt ita poſſitis facere vt
nos facere conſueti ſumus. Nauigacionē aliūđ habere non poteſtis
et ideo neceſſe eſt vt paſcamini herbis. et durā vitam ducatis ſicut
pecora. Nūquit nō lupi hoc faciunt? Cum enī non poterint predare
carnē quā manducent ſaturant̄ de terra propter famis penuriā. Q̄đ
nos veſtrā terrā nullatenꝰ requirimus. hoc idcirco non facimꝰ quia
veſtra ſapiencia non eſt niſi de penuria quam habetis et in veſtris
finibꝰ ſemper ipſa penuria dominat̄. Si autē nos in veſtris finibꝰ
veniremꝰ ad habitandū efficeremur pauperes vobis ſimiles. Non
eſt ergo laudabile homini viuere in anguſtia et paupertate. ſed vi
uere in diuicijs tēperate laudandū eſt. Sed tamē ſi laudandi eſſent
in anguſti oppreſſi. ceci et claudi deberent ſuper omnes cōmendari
et laudari. Dicitis eciā quia femine veſtre nō ornant̄ et pro pōdere
hēant ornamentū. ſimiliter dicitis uos non eſſe fornicatores et ad
dulteri. Mirandū hoc foret ſi hoc uoluntarie faceretis. Non tamē
uolūtarie facitis hoc propter ieiunia multa et ideo et uos et ille in
caſtitate permanetis. Dicitis eciā ꝙ ſtudiū diſcendi non habetis.
miſericordiā nō queritis neqꝫ eam alteri facitis. omnia h̄ cōmunia
habetis cum beſtijs quia ſicut beſtie non habent naturam ut aliqđ
bonū ſenciant et ita nec in aliquo bono delectant̄. nobis autē racio
nabilꝰ hominibꝰ liberū eſt arbitriū ad bene uiuendū. Dedit autē
nobis noſtra naturā multas blandicias. Impoſſibile enī eſſet ſi tāta
mundi magnitudo nō haberet moderamentū tempacionis et ꝙ poſt
triſticiā non adueniat leticia. Nam ſicut uoluntas humana uaria ē
que eciā cum celi mutacione mutat̄. ſic et mens humana et natura
diuerſitate gaudet. Q̄n ſincerꝰ dies ē uolūtas et mēs in gaudiū ſūt
et qn̄ dies tenebroſus ē uolūtas et mēs triſtes ſūt. Siliter et ſenſꝰ
hoīs ꝑ diuerſas etates mutant̄: Hō quidē ab infancia gaudet in ſim
plicitate. ī iuuētute ī p̄ſumpcione et ī ſenectute ī ſtabilitate. M̄lta
enim delectabilia ſunt que ad uſum noſtrū occurrunt. Alia uiſu alia
auditu. nūc ſaltibꝰ delectat̄ homo nūc cātilenis. Aliquādo de ſuaui
tate odoris aut ī guſtu dulcedis. Alia adoratu. alia tactu. alia guſtu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

vel ſapore percipim⁹ aut in tactu molliciei. Bonas fructus de terra habem⁹. habundanciã piſciũ de mari habem⁹. delicias auiũ de aere terra habem⁹. Si autẽ volueris te ab hĳs oĩb⁹ abſtinere aut ſupb⁹ iudicaberis eo q̃d tali modo nos deſpicis aut inuidioſus quia eo ꝙ ſumus meliores q̄ vos donata nobis eſſe videntur. Hac de cauſa ſcðm meũ iudiciũ dico de vita et morib⁹ veſtris quia plus pertinꝫ ad ſtulticiã q̄ ad ſapienciam. Recepta vero didimus hac epiſtolã legit eam et ſtatim ſcripſit epiſtolã continentẽ ita.

¶ Epiſtola didimi ad alexandrũ.

Didimus bragmãnoꝝ didaſculus alexandro regi gaudiũ. Non ſumus habitatores iſtius mundi· quaſi ſemp hic eſſe debeam⁹ ſed ſumus peregrini in iſto mũdo q̃ morimur et pergimus ad domũ patrum noſtroꝝ nec grauant nos peccata noſtra neqꝫ manemus in tenebris peccatorum. Nullum furtũ facimus et per noſtrã conſcienciam quã habem⁹ in publicũ eximus. Non enĩ dicimus ꝙ dĳ ſum⁹ aut inuidiã contra deum habeamus ſed non facimus ea que contra deum ſunt. Deus autẽ qui omnia creauit in mundo varias operatus eſt cauſas. Quia mundus ſtare non poterat ſine varietate multarũ rerũ. et dedit arbitriũ hominib⁹ diſcernendi omnia que in mundo ſunt. Quicũqꝫ enĩ dimiſerit pecora et ſecutus fuerit meliora hic de⁹ non eſt ſed amicus dei. Nos enĩ qui ſancte et continenter viuimus dicitis quia dĳ ſumus aut inuidiã deo habem⁹. Iſta ſuſpectio quã de nobis habetis ad vos pertinet. Nam tantũ inflati eſtis diuina proſperitate quã habetis ꝙ obliti eſtis dei qui eciã ex hoĩbus nati eſtis. Ponitis ſuper vos gloriã et ornamenta veſtiũ et aurũ in digitis veſtris portatis ſicut femine faciunt. Unde ſciatis quia de hac cauſa. ſ. ꝓſperitate vnde vos maiores eſſe putatis ſed ad veram vtilitatẽ nichil vobis prodeſſe noſcatis. De auro enim non ſunt beate anime neqꝫ humana corpora eodẽ ſaciant᷑. ſed magis de eo grauant᷑. Nos autem qui veram vtilitatem cognoſcimus et ſcimus naturam auri quando im⁹ ad fluuiũ vt bibam⁹ aquã· ipſum aurũ cũ pedib⁹ calcam⁹. Aurum enim non tollit nec famẽ neqꝫ ſitim. neqꝫ egritudo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

neqȝ ſanitas veniunt hominib⁹ propter aurū. Si ſitierit homo et biberit aquā tollit̄ ei ſitis. ſimiliter ſi eſurĳt māducauerit ceſſabit fames eius. Si igitur de eadem natura aurū eſſet cū acceperit illud homo ſine dubio ceſſaret cupiditas eius. Sed ideo malū eſt aurum quia cum īcipit homo illud acquirere plus creſcit cupiditas illius Quicūqȝ enī apud vos eſt malus homo honoratur et colit̄ a vobis Et hoc ideo facitis quia omnis homo cum tali homine delectacionē habet qualis et ipſe eſt. Vos enim dicitis ꝙ deus non curet morta/lia. Edificatis templa ſtatuitis altaria et delectamini cū occiduntur ibi pecora et nomina veſtra nominantur ibi. Hoc factum eſt auo tuo hoc factum eſt patri tuo cunctiſqȝ parentibus tuis hoc eciā et tibi promittit̄ ꝓpter quā cauſam veraciter dico quia ad id ꝙ vos agitis eo et nos qui recta videm⁹ vultis adducere et eciā ad cecitatē vr̄e tenebroſe cōſciēcie. Sed nos dimittite vt plāgam⁹ ꝓ vr̄is miſerĳs Nam in tantū preſtat homo homini perdito beneficiū in quantum plangit eum. Quicūqȝ nō ſe agnouerit eſſe mortalē tali honore remunerabit̄. ſicut ſalamoneus qui iuſte occiſus eſt a fulmine remuneratus eſt. Vel enceladius qui cū per vim ꝑſumpſiſſet celum aſcendere ſepulture eius igneo monte detinetur ſicut fabule philoſophoꝝ veſtrorum dicunt. Relata alexandro hac epiſtola continuo ſcripſit epiſtolā cōtinetem ita.

¶ Epiſtola alexandri ad didimū regē bragmānoꝝ tercia et quō fecit erigi columpnā marmoreā.

Rex regū alexād fili⁹ dei regis hamonis et regine olipiadis Didimo dicēdo mandam⁹. Qm̄ dicitis vos eſſe beatos qa in ea parte mūdi ſedē habetis vbi nec extranei valēt intrare nec vos exire ſed quaſi incluſi in illis partib⁹ ꝑmanetis et dum nō poteſtis dimittere terrā vrām laudatis eā et penuriā ꝙ̄ patimi dicitis vos ꝑ continenciā pati. Itaqȝ ſcdm vrām doctrinā et illi qui in carcere poſiti ſunt benedicendi ſunt quia penalē in carcere vitā vſqȝ ad ſenectutē hūt. Neqȝ a talib⁹ diſſimilis ē doctrina vrā ſȝ et bona q̄ hr̄e dicitis ſimilia ſunt cruciatibus eoꝝ qui in carcere ſunt vt diximus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

Et illud ꝙ de malis hominibꝰ lex noſtra vindicat vos naturaliter patimini. Pro hoc itaqꝫ qui ſic apud vos ſapiēs dicitur apud nos reus pronunciatur. Et certe cōuenit nobis vt pro veſtris miſerijs plangamus et ſuſpiria longa trahamus. Que enim prior afflictio pōt eſſe hōi. quā cum vobis data ſit ſacra libertas in libertate nō viuere? Noluit enim vos deus in eternis ſeruare ſupplicijs ſed vos ipſi viuos cruciatis. vos qui tantā ſuſtinetis penuriā. Et quāuis vos phōs eſſe dicatis nullum tamen inde fructū laudis habetis. Verius enī confirmo quia nō eſt beatitudo vita veſtra. ſed caſtigacio et miſeria. Interea precepit alexādeꝛ poni in eodē loco columpniā marmoreā mire magnitudinis et iuſſit in ea ſcribere hunc verſum Ego alexander perueni vſqꝫ huc.

De pugna cum hominibꝰ agreſtibus.

Deinde āmoto exercitu peruenit in campum qui dicitur lactea et caſtrametatꝰ eſt ibi. Eratqꝫ in circuitu ipſius cāpi codenſa ſilua ex arboribus fructiferis ex q̄bus viuebant homines agreſtes habitantes in eadem ſilua. Erantqꝫ ibi homines maximoꝝ corporū velud gigantes induti veſtimentis pellicijs qui cum vidiſſent exercitū alexandri caſtrametari ibi continue exierunt de illa ſilua multitudo eorū maxima cū haſtis longis in manibꝰ et ceperūt pugnare cum exercitu alexandri. Videns alexander ſuos deficere ante illos precepit militibꝰ ſuis vt omnes vociferarēt magnis vocibꝰ. Sicutqꝫ eſt ita. Et ſtatim clamore pterriti ipſi homines fugere ceperunt per ſiluas eo ꝙ non erant aſſueti audire hūanas voces. Alexander autē et milites ſui inſequentes eos occiderunt ex eis ſexcentos triginta quatuor. ſed mortui ſunt ex militibus alexandri. cxxvij. Steterunt autē ibi tribus diebꝰ comedentes poma illarū arborum.

De quodam homine agreſto et magno.

Deinde āmoto exercitu venit ad quēdā fluuiū et caſtrametatꝰ eſt ibi. Hora vero incumbente nona venit ſuper eos hō q̄dā agreſtis corpore magnꝰ et piloſus vt porcus. Quē cum vidiſſet alexander precepit militibus ſuis vt eum apprehēderent. Ille uero neqꝫ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

timuit neqꝫ fugit ſed ſtetit intrepidus. Videns aūt alexander iuſſit venire puellam et expoliari et nuda pꝛeſentari ante illum. Impetū autē ille faciens contra puellā apprehendit eam et cepit alta voce ſtridere. ſtatimqꝫ alexander iuſſit militibꝰ ſuis vt tollerent eam illi Ille autē mugiuit vt fera crudelis. Verumtamē cū magna anguſtia abſtulerunt eam illi. Et ducto eo ante alexandꝛū miratus eſt valde alexander in figura eius et iuſſit illum ligari et in igne occidi. Factumqꝫ eſt ita.

Indeqꝫ āmoto exercitu venit ī aliū campū in quo erāt arboꝛes mire celſitudis que cū ſole oriebant̄ et cum eo deficiebāt. ſ. ab hora pꝛima diei exibant de terra vſqꝫ ad horā ſextam ab hora vero ſexta vſqꝫ ad occaſum ſolis ita decreſcebant vt nullatenꝰ viderent̄ Iſte enī arboꝛes ferebant cotidie fructus odiferos. Videns aūt eos alexander pꝛecepit vni ex militibꝰ ſuis vt tolleret ex fructu illarū et ferret eum ſibi. Ille vero abiēs vt tolleret fructū illarū arboꝛum percuſſit eum ſtatim malignus ſpiritus et moꝛtuus eſt. Et cōtinuo audierunt vocem ī aere precipientē illis ne quis accederet ad ipſas arboꝛes quia ſtatim moꝛiet̄ quiſquis ad eas acceſſerit. Erāt enim ſimiliter in ipſo cāpo aues mitiſſime quas ſi quis tangere volebat ignis exiens ex eis incendebat eos.

De aſcenſu montis adamātini et beucione arboꝛis.

Et exinde āmoto exercitu venerunt ad montē adamantinum in cuius ripa pendebāt cathene auree. Habebatqꝫ mons ille gradus ex lapide ſaphiro duo milia quingentos per quos homines aſcendebant in ipſum montē et caſtrametatus eſt ibi. Alia vero die fecit alexander dījs ſuis victimas et aſſumptis ſecum aliq̄btis pꝛinci pibus aſcendit per gradus ſurſum in ipſum montem. Inuenitqꝫ ibi palacium mirabile habens poꝛtas duodecī et feneſtras. lxxiiij ex op timo auro. Et vocabatur palacium ipſum domus ſolis. Et erat ibi templū totū aureū ante cuius foꝛes vinea erat aurea ferēs botros ex margaritis et onionbꝰ. Et ingreſſus alexander et pꝛincipes eius in ipm̄ templū inuenerūt ibi hominē iacentem in lecto aureo oꝛnato

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

ex pallijs auri textilis qui thus veſcebat et opobalſamū bibebat. Eratqꝫ homo ille corpore magnꝰ et ſpecioſus nimis barbā et caput hñs albū ſicut nix. idutꝰqꝫ veſte bōbacina. Quē cū vidiſſet alexād̄er et principes ſui adorauerūt eū. Quibꝰ ſenex dixit. Forſitan vultis videre ſacratiſſimas arbores ſolis et lune qui annūciabunt vobis futura. Quo audito alexander gaudio īpletus eſt magno et ait illi. Eciā dñe ſi placet vobis volumꝰ illas videre. At ille reſpōdens ait. Si mundus es tu et princeps tui mundi ſunt a cōmixtione femine licet intrare in ipſum palaciū quia decꝫ eſt. Cui alexander. Mundi ſumus omnes a femine coniūctione. Statimqꝫ erigens ſe ſenex de lecto in quo iacebat dixit illi. Ponite hic anulos veſtimenta et calciamēta veſtra et ſeq̄mini me. Alexander iuſſit principibꝰ ſuis ſtare et ipſe ponens anulos veſtimenta et calcimenta vna cū ptholomeo et antigono et perdita ſecutus eſt eum. Ceperunt igitur ambulare per quandā ſiluam que incluſa erat intra maximū edificiū. Erantqꝫ arbores ipſius ſilue ſimiles lauro et oliue ex quibꝰ largiſſimū decurrebat thus et opobalſamū. Erantqꝫ arbores ipſe alte pedes centum et deābulantes ꝑ dictā ſiluā viderūt quandā arborē ibidē excelſam nimis q̄ nec folio nec fructus habebat in qua ſedebat auis quedam magna que habebat ī capite criſtas ſicut pauo et fauces criſtatas circa collū. fulgore aureo et ī poſteriori parte purpureo et ī cauda roſeas pēnas habebat in quibꝰ erat ceruleus color. Cumqꝫ vidiſſet eam alexander miratus eſt infra ſe. Cui ſenex dixit. Hec auis quā ādmiramini eſt auis fenix.

De arboribꝰ ſolis et lune et quō alexāder recepit reſponſum q̄ nūq̄ debebat redire ī macedoniā et ꝓcūctabatꝰ de t̃mino vite ſue.

Et deābulantes ꝑ ipſam ſiluā venerūt ad arborē ſolis et lune. Senex vero dixit alexandro. Reſpice ſurſum et de quocūqꝫ interrogare volueris cogita ī corde tuo et palam non dicatis. Cui alexander dixit. Per qualē linguā michi reſpōſum dant. Cui ſenex rñdit. Arbor ſolis indico ſermone īcipit loq̄ et greco ſermone finit Arbor vero lune grece incipit loqui et indice finit. Tunc alexand̄

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 20

oſculans arbores ipſas in corde ſuo cogitare cepit ſi triumphans re
uerſurus erat in macedoniā ad ſuos. Tunc ſubito arbor ſolis rn̄dit
indico ſermone dicens. Sicut interrogaſti alexander dominus eris
orbis terraꝝ. Sȝ ad macedones nullomodo redies neqꝫ videbis eo ꝙ
facta tua cicius finientur de te. Deinde dixit arbor lune. Alexander
Anno completo viues et menſibus octo de quo confidis mortis tibi
pocula donat. Cui alexander dic michi ſacratiſſima arbor. quis me
debet decipere. et arbor rn̄dit. Si dixero tibi quis te decipere debet
tu illum occideres et ſic mutarent̄ ea que fata ordinauerunt de te
et iraſcerent̄ michi. ſ. tres ſorores q̄ dee ſunt fatorū. ſ. clitos. laceſis
et atropos. eo ꝙ impedimentū facerē in eo ꝙ ſtatuerūt ille. Igitur
non morieris per ferrum vt ſperas ſed ꝑ venenū et in proximo eris
